DE

CALLIMACHI VITA ET SCRIPTIS.

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI

CUM

VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE ADIPISCENDOS

DIE XXIII. MENS. APRIL. MDCCCLXII

UNA CUM THESIBUS PUBLICE DEFENDET

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

AUCTOR

MAX ARTHUR LINCKE

SAXO.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCEPERUNT:

V. HOELZER, CAND. PHILOL.

CH. RICHTER, CAND. PHILOL.

HALIS SAXONUM,

TYPIS EXPRESSUM GEBAUERIO-SCHWETSCHKIANIS.

DE

CALLIMACHI VITA ET SCRIPTIS.

VIRO ILLUSTRISSIMO

THEODORO BERGKIO

GRATI ANIMI CAUSA

D. D. D.

M. LINCKE.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA41546028_0091

De Callimachi vita et scriptis.

In ipsa fronte commentationis continuo subnascitur admodum difficilis quaestio quae est de Callimachi anno natali nec non emortuali.

Suidas s. v. *Καλλίμαχος· — ἐπὶ δὲ τῶν χρόνων ἦν Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου· πρὶν δὲ συσταθῆναι τῷ βασιλεῖ γράμματα ἐδίδασκεν ἐν Ἐλευσῖνι, κωμυδρίῳ τῆς Ἀλεξανδρείας· καὶ παρέτεινε μέχρι τοῦ Εὐεργέτου κληθέντος Πτολεμαίου, ὀλυμπιάδος δὲ ρκζ΄ ἧς κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος ὁ Εὐεργέτης Πτολεμαῖος ἦρξατο τῆς βασιλείας·* Ex his apparet Callimachum Euergete rege etiamtum aliquamdiu vivis interfuisse. Hancce sententiam refellere studet Merkel. prolegg. ad Apoll. Rh. Argonaut I. p. XI contendens apud Suidam tantum numerum *ρκζ΄* ex *ρλγ΄* corruptum, reliqua sana, Callimachum jam Ol. 133 vita decessisse. At vero Suidae verborum unde a *ὀλυμπιάδος δὲ ρκζ΄* usque ad *ἦρξατο τῆς βασιλείας* pertinentium nulla omnino potest ratio haberi quippe quae a praecedentibus magna lacuna disjuncta omni sensu careant. Ad opinionem suam confirmandam negat idem Merkelius l. c. p. XII sqq. exstare inter Callimachi carmina quibus demonstres Callimachum sub Energetis imperio vere vixisse. Omisso ep. 54 *εἰς τὴν γυναῖκα Πτολεμαίου Βερενίκην* quod neutri favere videtur sententiae, ad graviora statim testimonia praevertamur. Scholiastae fidem ad h. in Apoll. v. 26 *ὃς μάχεται μακάρεσσιν, ἐμῷ βασιλῆϊ μάχοιτο* annotantis *τῷ Πτολεμαίῳ τῷ Εὐεργέτῃ· διὰ τὸ φιλόλογον αὐτὸν εἶναι, ὡς θεὸν τιμᾷ* admodum sublestam esse autumat Merkelius cujus rei profecto non est in promptu causa. Ejusdem hymni v. 68 verba *καὶ ὤμοσε τείχεα δώσειν ‖ ἡμετέροις βασιλεῦσιν*, tempus, ait, indicare quo vivo Philadelpho Berenice ejus filio desponsa fuit. Recte. At hinc consectarium esse noluerimus Callimachum illo tempore hunc hymnum composuisse. Potius statuendum est poëtam illo loco non de praesentibus rebus loqui, sed cogitatione sibi tempus effingere quo rex erat Magas Cyrenes. Perspicue autem falsa est Merkelii conjectura Elegiam in comam Berenices priusquam Euergetes imperium capessivisset, perscri-

ptam esse cum ipsa elegia a Catullo in latinum sermonem ad verba prope translata (nam id testatur graecorum fragmentorum comparatio cum Catulliana conversione instituta) evidentissima nobis suppeditet documenta se sub Euergetis imperio compositam esse. Primum enim v. 77 sic se habet:

> Quicum ego, cum virgo quondam fuit, omnibus expleta
> Unguentis, murrhae millia multa bibi.

unde ipsa luce clarius apparet: inter hoc tempus quo Berenice innupta virgo fuit, et quo cincinnos totondit i. e. quo conjux fuit et Callimachus elegiam perscripsit, longius temporis spatium, si ad minimum ponamus 2—3 Olympiadas interjectas fuisse necesse esse. Scimus autem ex Justino XVI, 3 Magam Cyrenes principem Berenicen filiam paullo ante obitum Euergeti despondisse. Magam vita excessisse Ol. 130 patet ex Agatharchide apud Athen. XII. p. 550 cf. Droysen. G. d. Hellen. II. p. 248 quare etiam Berenice hac olympiade Energeti sponsa fuit. Nuptias eadem olympiade celebratas esse nihil est quod probet, nec per se probabile, cum potius Ptolemaei Philadelphi et moribus et litteris limatissimi regis multum interesset, ut filius et aetate et ingenio corroboraretur priusquam matrimonium iniret. Nam cum Ptolemaeus Philadelphus Ol. 117, 3 demum natus sit (cf. Droysen. G. d. Nachfolg. Alex. d. Gross. p. 741), Energetes filius Ol. 130 ex pueris vix potuit excessisse. Quibus de causis jure ac merito feceris unam ad minimum olympiadem praeterlabentem ita ut nuptiae Ol. 132 celebratae sint. Quam si comprobes opinionem, Callimachum oportet elegiam suam composuisse Ol. 134 vel etiam Ol. 135. Ante omnia autem ii elegiae loci observandi sunt ubi Callimachus Berenicen reginam appellat id quod nisi si ipsa Berenice vere fuisset regina, Callimachus non debebat audere.

> v. 19: Id mea me multis docuit regina querelis.
> v. 88: Tu vero, regina, tuens, cum sidera etc.

Eodem modo significat Callimachus Berenicen reginam esse in v. 92 hisce verbis: regia coma; v. 27 quo regium adepta es conjugium. Callimachum ergo sub Euergetis imperio vere vixisse, ob hasce prolatas causas vix licet addubitare. Exstant etiam alia documenta quibus sententiam nostram judicibus probemus. Callimachi enim discipulus est Aristophanis Byzantius qui quidem Callimachum audiebat adolescens (Suid. s. v. *Ἀριστοφάνης: — μαθητὴς Καλλιμάχου καὶ Ζηνοδότου· ἀλλὰ τοῦ μὲν νέος, τοῦ δὲ παῖς ἤκουσεν*· Cum autem Aristophanem Ol. 130 natum esse vero simillima sit conjectura Ritschelii de bibl. Alex. p. 80, Callimachum etiam Ol. 134 vixisse oportet. Porro Gellius n. a. XVII. c. 21: Anno deinde post Romam conditam quadringentesimo ferme et nonagesimo, consulibus Appio Claudio cui cognomentum Caudex fuit, Appii illius Caeci fratre et M. Fulvio

Flacco, bellum adversus Poenos primum coeptum est. Neque diu post Callimacus, poëta Cyrenensis, Alexandriae apud Ptolemaeum regem celebratus est. Quo in loco verba: „Neque diu post Callimachus poëta etc.“ ad „Anno deinde post Romam urbem conditam quadringentesimo ferme et nonagesimo pertinere, neque in universum“ ad „bellum adversus Poenos primum“ referenda esse ex eo apparet quod Gellius in sequentibus etiam: „Annis deinde postea pluribus quam viginti cum Poenis pace facta etc.“ respicit annum 490. Itaque non multo post Ol. 129, 1 per Philadelphum regem Callimachus magnos honores adeptus est. Probabile est Callimachum a Philadelpho Musei sociis adscriptum et Zenodoto jam ad senectutem vergenti ad bibliothecae curam adjutorem adjunctum esse, id quod sensisse etiam videmus M. Matter. Hist. de l'école d'Alexandrie ed. 2. Paris 1840. t. I. p. 151 sqq. Sub idem tempus Callimachum ubi propius ad bibliothecam accessit, haud insulse conjeceris *πίναχας* scribere coepisse quod ad amplissimum opus ad justum finem perducendum duae vel tres olympiades vix cum sufficant, etiam ob hanc causam apparet Callimachum Euergete rege etiamtum vixisse oportere.

Quaeritur nunc quamdium Callimachus sub Euergetis imperio vitam consumpserit et qua fere Olympiade supremum diem obierit. Demonstrari hoc potest e titulo quodam Athenis nuper reperto quem collustrat M. H. E. Meier. in commentt. epigraph. I. p. 24 et II. p. 59. Ex hoc enim titulo hucusque neglecto videmus Callimachum bonarum litterarum causa Athenis commoratum esse et cum Lycone cujus etiam inicitur mentio largitiones Atheniensum reipublicae sponte obtulisse. Cum autem propter Euryclidis et Micionis publicorum oratorum nomina commemorata Meierus ostendat titulum Ol. 137 scriptum esse patet Callimachum hocce tempore etiamtum vivis interfuisse. Ulterius extentae vitae aetatis desunt documenta. Credimus unam etiam post Alexandriam reditum olympiada Callimachum vixisse et Ol. 138 ex vita decesisse. Vix enim credibile est ad summam senectutem redactum Callimachum tam molestum tum temporis iter Athenas suscepisse.

In natali anno definiendo ad partes vocanda sunt verba vitae Arati ed. Buhl. t. I. p. 4: *μέμνηται δὲ αὐτοῦ (Ἀράτου) Καλλίμαχος ὡς πρεσβυτέρου οὐ μόνον ἐν τοῖς πρὸς Πραξιφάνην κτλ.* Quo anno Aratus natus sit, id quod sciamus oportet, ut vitae verbis recte utamur, non constat, et omnino conjectura tantum constituere licet. Ritschelius de bibl. Alex. p. 88 contendit Aratum inter Olympiadas 118 et 119 in lucem editum esse. At vero prius ortum esse Aratum statuendum est cum ex Vitae verbis *γέγονε δὲ Ἀντίγονος κατὰ τὴν ρκέ ὀλυμπιάδα, καθ' ὃν χρόνον ἤκμασεν ὁ Ἄρατος καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλός* pateat floruisse eum Ol. 124 quo tempore ad Antigonum regem

sese contulerit. Nam si Ritschelii opinionem sequeremur, Aratus Ol. 124 qua vel maxime eum viguisse modo vidimus, vicesimum et sextum annum vix attigisset. Nec minus Vitae verba: *τὸ λοιπὸν χρόνου διέτριψεν ἐκεῖσε* significare nobis videntur Aratum cum ad Antigonum veniret plures annos quam duodetriginta complevisse. Probabilius est Aratum Ol. 116 natum esse praesertim cum ante Ol. 135 mortuus sit oporteat id quod Vitae verba: *παρ' αὐτῷ (Ἀντιγόνῳ) ἐτελεύτησεν* testificantur. Nam Antigonus Ol. 135 vita exiit. Sin autem Aratus Ol. 116 in lucem proditus est, Callimachum oportet Ol. 118 aut 119 natum esse siquidem eum de Arato ut seniori viro locutum esse volumus. Et haecce aptissima est sententia. Nam tum Callimachus septuaginta et plures annos agens ex vita decessit quam vitae aetatem vere eum assecutum esse luculentissima sunt innumera ejus opera.

Callimachi patria fuit Cyrene quae a *Κύρῃ* fonte prope urbem sito nomen traxit. Bekk. Anecd. p. 1173 *Κύρη (ἔστι δὲ ὄνομα κρήνης ἀφ' ἧς καὶ ἡ Κυρήνη πόλις)*. h. in Apoll. v. 88. Hinc se ortum esse ipse testatur Callimachus in h. in Apoll. v. 66. 71 — 73. fr. 112. ep. 22, 2 et ex eo apparet quod ab veteribus scriptoribus persaepe *ὁ Κυρηναῖος* nominatur. Schol. h. in Apoll. v. 65. Anecd. Oxon. I. p. 207. Athen. VII, 318 b. Strab. XVII. p. 837. Schol. Lycophr. v. 1153. Plut. Placit. phil. I, 7. Proclus ap. Phot. Bibl. p. 983. Tzetz. Chil. VIII. 837. Antigon. Caryst. c. 144. Suid. s. v. *Σιμωνίδης*. Schol. ap. Osann. de Soph. Aj. p. 95. Origen. c. Cels. III. p. 475. Apulej. Orthogr. §. 43. Hieronym. op. t. IV. p. 320. Cyrenensis Gell. n. a. XVII, 21. §. 41. Prop. IV, 6, 4. Solin. c. XXVII. *Καλλίμαχος ὁ Λίβυς* Epiphan. adv. Haer. I, 3. p. 362 b. et *ὁ Λίβυς ποιητής* Suid. s. v. *Σεβηριανός*.

Patris matrisque nomina exhibent Suid. *υἱὸς Βάττου καὶ Μεσάτμας*. Euseb. Chron. ad Ol. *ρκζ'* 2. p. 331. *Καλλίμαχος Βάττου καὶ Μεσάτμας* quibus de patris nomine adjungendum est testimonium Procli Chrest. p. 983: *τὸν Καλλίμαχον τὸν Βάττου* Battiaden ipse se nominat Callimachus ep. 37: *Βαττιάδεω παρὰ σῆμα φέρεις πόδα* et apud latinos poëtas multis locis hoc nomine memoratur. Cat. 65, 74. 115, 2. 116, 2. Ovid. Amor. I, 15, 14. Trist. II, 367. V, 538. Ibid. 55. Stat. Sylv. V, 3, 165 quod quidem ad Battum etiam illum Cyrenes conditorem de quo Strab. XVII, 21: *λέγεται δὲ ἡ Κυρήνη κτίσμα Βάττου, πρόγονον δὲ τοῦτον ἑαυτοῦ φάσκει ὁ Καλλίμαχος* referri possit, sicut omnes Cyrenenses Battiadae vocantur a Callimacho in h. in Apoll. v. 95.

Matris nomen *Μεσάτμαν* tradenti Suidae refragatur Hemsterhuis. Suid. t. II. p. 45 conjiciens eam *Μεγατίμαν* audisse quam comprobavit conjecturam Meinekius Call. Cyren. Hym. et Epegr. praet. XIV. At cur putemus Callimachi matrem Graecam

fuisse mulierem? Nonne potuit etiam Libyssa esse? Aut fac eam fuisse Graecam, tamen ei potuit inditum esse nomen Aegyptium. Matrem Callimachi auguramur maris fluctibus periisse seu cum ad filium invisendum Cyrene Alexandriam iter faceret, seu cum desiderio obsecuta Cyrenen reverteretur. Exstant enim inter epigrammata et fragmenta quibus mortem undis absumptorum luget Callimachus (ep. 18. 19. 62. fr. 425) haud pauca loca quibus probes ei maritimam vitam invisam fuisse. Hinc in eam opinionem adducti sumus Callimachum tam grave odium concipere non potuisse ni ipsi valde amata persona maris fluctibus erepta fuisset. Et ipsum carissimam sibi vitam mari quondam credidisse plane patet ex p. 114:

ἃ ναῦς ἃ τὸ μόνον φέγγος ἐμὶν τὸ γλυκὺ τᾶς ζόας
ἅρπαξας, ποτὶ τὲ Ζανὸς ἱκνεῦμαι λιμενοσκόπω.

Hanc matrem ejus fuisse conicimus propter fr. 126:

δέσποιναι Λιβύης Ἡρωΐδες, αἱ Νασαμώνων
αὖλιν καὶ δολιχὰς θῖνας ἐπιβλέπετε
μητέρα μοι ζώουσαν ὀφέλλετε .....

quocum apte copulaveris fr. 427 *ἀσπαστύς* quod verbum si quaeris quo sententiarum nexu Callimachus usurpaverit statuimus eum valde se gaudere dixisse sperantem mox fore ut caram matrem amplexaretur.

fr. 301: *ἀπ᾽ οὔατος ἄγγελος ἔλθοι*
fr. 302: *... δύην ἀπόθεν τ᾽ ἀπαλάλκοι*
ἣν οὐδεὶς ποθέει ...
fr. 458: *... ἐπεὶ θεὸς οὐδὲ γελάσσαι*
ἀχλυτεὶ μερόπεσσιν ὀϊζυροῖσιν ἔδωκεν.
fr. 137: *... εἰ θεὸν οἶσθα*
ἴσθ᾽ ὅτι καὶ ῥέξαι δαίμονι πᾶν δυνατόν.

In matrimonium duxisse Callimachum Euphratis filiam Syracusani Suidas perhibet: *γαμετὴν ἐσχηκὼς τὴν Εὐφράτου τοῦ Συρακουσίου θυγατέρα.* Euphratis nomen utpote quod non sit Syracusanum mutandum censuit Hecker l. c. p. 12 in *Εὐκράτου* aut *Εὐκράντου*. At magis arridet Meinekii conjectura Call. hym. et epigr. praef. p. XV pro *Συρακουσίου* scribentis *Σύρου*. Cogitari tamen etiam potest hunc Euphratem Syracusas transmigrasse ita ut Syracusanus vocaretur etsi non Syracusis ortus erat. Uxoris nomen ignoratur. Cognoverat eam procul dubio Callimachus cum ipse quondam Syracusis versaretur. Nam magna eum itinera fecisse multarumque nationum mores et instituta cognovisse et per se probabile est et aliorum permultis exemplis demonstratur. Imprimis autem eum Graeciam perlustrasse diutiusque Athenis in omnium bonarum artium et litterarum celeberrima sede commoratum esse nemo ut opinor infitias ibit si Callimachi studia strenue tractantis ingenii et tituli illius ab Meiero collustrati meminerit. Quibus addatur etiam

testimonium Athenaei XII, 477 c: *Καλλίμαχος δ' ἔοικε διαμαρτάνειν ἐν τῇ συγχύσει τῶν ὀνομάτων, λέγων ἐπὶ τοῦ οἰκείου ξένου τοῦ παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ Πόλλιδι συνεστιαθέντος αὐτῷ κτλ.* De propinquis nostri nihil aliud addit Suidas quam sororis filio idem nomen fuisse cum avunculo eumque carmen „de insulis" heroico versu condidisse. *ἀδελφῆς δὲ αὐτοῦ παῖς οὖν ὁ νέος Καλλίμαχος ὁ γράψας περὶ νήσων δι' ἐπῶν.*

Disciplina et institutione Callimachus perfructus est Hermocratis Jassensis Suid. *μαθητὴς Ἑρμοκράτους τοῦ Ἰασέως γραμματικοῦ.* De persona hujus grammatici nihil innotuit. Nam Blomfieldii festivum errorem qui in praef. ad Callim. p. IX scribit: „Hujus grammatici dubito an mentio fiat praeterquam in loco leviter corrupto Antiatticistae p. 79, 31: *ἀθετεῖν φασιν οὐ δεῖν λέγειν, ἀλλ' ἀναίρειν· Ἴασιν οὖν ὁ γραμματικὸς μέμφεται ἐπὶ τῇ λέξει Ἀρίσταρχον·* Corrige *Ἴασις οὖν*, exagitavit Meinekius in Comment. de Euphorion. Chalcid. p. 53 ostendens *Ἰάσων* scribendum esse id quod fugit Heckerum hac de re disserentem l. c. p. 20. Neque vero de loco ubi ab Hermocrate Callimachus fuit edoctus quidquam constat. Cogitari tamen potest Hermocratem cum Alexandriam quae tunc temporis jam optima florebat fama, quondam iter faceret, Cyrenen etiam venisse, ubi Callimachum et alia fortassis illustria ingenia discipulos nactus constituit plus temporis consumere. Quae quidem conjectura probabilor certe videtur esse ea quam proposuit Heckerus l. c. p. 20 contendens Callimachum Jasum profectum ab Hermocrate institutum esse. Nam Callimachum adversus pangendos jam puerili aetate se accinxisse et ipsius verba testantur ep. 22, 5:

Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
μὴ λοξῶς, πολιοὺς οὐκ ἀπεθέντο φίλους.

fr. 420: *Μοῦσαί νιν ἐοῖς ἐπὶ τυννὸν ἔθηκαν*
γούνασι

quo cum Heckero l. c. p. 19 etiam non insulse possis referre incerti poëtae hexametrum Callimachiam indolem resipientem Apollonio citatum Synt. IV, 2. p. 308, 21. Bekk.

καὶ γὰρ ὅτε πρώτιστον ἐμοῖς ἐπὶ δέλτον ἔθηκα
γούνασι

et ex eo apparet quod eum etiamtum Cyrenae versantem Aetiorum fundamenta egisse, immo partem operis quandam ad umbilicum adduxisse fidem facit epigramma in Anth. Pal. VII, 42. v. 4—8.

Εὖτέ μιν ἐκ Λιβύης ἀναείρας εἰς Ἑλικῶνα
ἤγαγες ἐν μέσσαις Πιερίδεσσι φέρων·
αἱ δέ οἱ εἰρομένῳ ἀμφ' ὠγυγίων Ἡρώων
Αἴτια καὶ μακάρων εἶπον ἀμειβόμεναι.

Nam quod Schneid. prolegg. in Callim. *Αἰτίων* fragm. p. 1 partem tantum veri videns contendit Callimachum priusquam

Alexandriam se contulisset, totum Actiorum opus jam perfecisse et perpoliisse vix ei credamus. Itaque hoc si tenemus Callimachum maturo aetatis tempore jam ad poësin et ad tam insigne opus quam Actia erant componendum animum appulisse id quod tamen fieri nequivit, ni antea praeclari magistri praeceptis utebatur, sponte concidit Heckeri conjectura Callimachum Jasi ab Hermocrate eruditum esse. Vix enim credibile est tenera vitae aetate Callimachum jam molesta ista iteneris pericula suscepisse. Ubi igitur Hermocrates aliquantum temporis (quamdiu enim nusquam reperitur) Callimachum edocuit usque eo forsitan dum ipse ingeniosus discipulus sciret animum informare, haud immerito praeceptorem faciemus Cyrene relicta aut in patriam redeuntem aut in itineribus faciendis pergentem. Callimachus autem, felicissimo fructu tractatis litteris, cum Aetia scribere coepisset et fortasse etiam alia clari ingenii documenta jam depromsisset, in angusto patriae urbis angulo delitescere nolens valedixit Cyrenae et Alexandriam famosissimam ingenuarum artium et litterarum sedem petiit. Hi primum ludi magistri munere functus est in Eleusine vico pueros prima elementa docens. Suid. *γράμματα ἐδίδασκεν ἐν Ἐλευσῖνι κωμυδρίῳ τῆς Ἀλεξανδρείας.* Hac in vitae conditione Callimacho iniqua sors obligit ut acerba paupertate premeretur ut ipse suppeditat testimonium ep. 34: *Οἶδ' ὅτι μοι πλούτου κεναὶ χέρες κτλ.* cf. p. 490 Blomf. famisque vim probe pernosceret. Nam quid boni quaeve mala afferat hominibus esuriens ventriculus, eum haud ignorasse docet ep. 49, V. 4—7:

αἱ Μοῖσαι τὸν ἔρωτα κατασχναίνοντι, Φίλιππε
ἦ πανακὲς πάντων φάρμακον ἁ σοφία·
τοῦτο, δοκῶ, χἠ λιμὸς ἔχει μόνον ἐς τὰ πονηρὰ
τὠγαθόν, ἐκκόπτει τὸν φιλόπαιδα νόσον

. . . . . .

οὐδ' ὅσον ἀττάραγόν τυ δεδοίκαμες· αἱ γὰρ ἐπῳδαί
ὄκοι τῶ χαλεπῶ τραύματος ἀμφότεραι·

Tamen sic parsimoniae laudem ac praestantiam cognovisse videtur id quod ex ep. 51 Blomf. ad parsimoniam commendandam scripto colligimus. Haec autem fortunae tormenta non ea erant quae Callimachum supprimerent aut de via qua incedere coeperat deflectere cogerent. Indefesso enim studio litterarum tractationi se dedit adeo ut aequalibus tandem virtutem suam ac lautam litterarum scientiam probaret et tantam gloriam famamque adeptus est ut etiam Ptolemaeo Philadelpho regi innotesceret a quo Musei sociis eum addictum esse veri est simillimum. cf. Meinek. in Philol. Gott. XIV, p. 15. Suid. *ἐπὶ δὲ τῶν χρόνων οὗν Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου· πρὶν δὲ συσταθῆναι τῷ βασιλεῖ κτλ.* Gell. n. a. XVII, 21: neque diu post Callimachus poëta Alexandriae apud Ptolemaeum regem celebratus est.

Callimachum bibliothecae*) praefectum fuisse negari vix potest etiamsi veterum testimoniis haec sententia stabiliri nequit. Nam Plautino scholio quod immensi pretii esse contendit Ritschelius de bibl. Alex. p. 7—19; corollar. ad disput. de bibl. Alex. p. 28 seqq. fidem et auctoritatem potius cum aliis abrogandam esse duxerimus. Tamen duo documenta eaque gravis momenti ad manus sunt quibus Callimachum probes ad bibliothecae curam vere accessisse.

Primum enim nullam effingere poteris causam cur Zemdotus, Eratosthenes, Apollonius, Aristophanes, Aristarchus illud munus susceperint, Callimachus non administraverit. Tum litteratos indices immensae doctrinae copia perpetuisque laboribus paratos componere non poterat Callimachus, nisi vel proximo cum bibliothecae commercio conjunctus erat. Cuncti enim collecti libri quasi in potestate ejus esse debebant ut quo tempore et quemadmodum vellet ad arbitrium iis uteretur, id quod aliter vix peri nequivit, nisi ipse bibliothecae praefectus erat. Tempus si quaeras quo Callimachus bibliothecae praefectura perfunctus sit, videtur is post Zenodoti obitum Ol. 134 hoc munus suscepisse et usque ad Ol. 138 administrasse. Tamen jam ante Ol. 134, ut supra indicavimus, verosimile est Zenodoto Callimachum in bibliotheca administranda adjutorem datum fuisse. Callimachum secutus est Ol. 138 Eratosthenes duodequinquaginta annos natus, cujus partes cum summa senectute oculorum acumine destitutus esset, Appollonius excepit Ol. 145 vel etiam aliquanto prius.

Haec fere sunt quae de Callimachi vita dici poterant. Sequitur ut de discipulis ejus loquamur.

Callimachus eximiae eruditionis fama celebratus et a Philadelpho rege Musei sociis adscriptus mox tanta auctoritate Alexandriae valebat ut permulti adolescentes ad eum in instituendo docendoque prudentissimum sese applicarent. Inter hos adolescentes si qui erant qui et ingenii facultatibus et cura ante ceteros excellerent, eos Callimachus artiori familiaritatis vinculo devinxit, et accuratius impendit operam ut in litteris proficerent. Credimus enim praestantes hos discipulos Callimachum non solum usitatis scholis quae in anditoriis per urbem sparsis (cf. Bernh. hist. gr. litt. p. 453) habebantur, instituisse, sed etiam in Musei hortis si quid otii a studiis Callimacho oblatum erat, cum iis consuevisse. Etsi enim Museum a Ptolemaeo rege non ea mente institutum erat, ut viri docti adolescentibus erudiendis operam navarent, sed ut sine cura viverent totoque animo litteris tractandis sese dederent, tamen nihil est quod probet eos omni cum juventute commercio interclusos fuisse. Hi igitur quos descripsi-

*) Callimachum bibliothecae tantum in Museo collocatae custodem fuisse demonstrat Ritsch. in coroll. ad disputat. de blibl. Alex. p. 31.

mus discipuli sunt *Καλλιμάχειοι* vel *Καλλιμάχου μαθηταί* qui ab veteribus autoribus memorantur. Weicherti sententiam in libro quem scripsit de vita et scriptis Apoll. Rhod. p. 21 contendentis hos *Καλλιμαχείους* in angusto scholae quam Eleusine habebat Callimachus angulo eruditos esse refellit Hecker. l. c. p. 21 recte monens etiam temporum rationem Weicherto adversari. Nam si Eratosthenes, Apollonius, Aristophanes, Eleusine edocti sunt, Callimachum necesse est jam ad senectutem vergentem Eleusine etiam tum delituisse. Videamus nunc quae nomina sint horum discipulorum quae scripserint quam vim praeceptor habuerit ad eorum ingenia excolenda et conformonda.

Καλλιμαχείων nomine duo tantum nobis traditi sunt Ister et Hermippus. *Ἴστρος ὁ Καλλιμάχειος* apud Athen. VI, 103. p. 272b. X, 55. p. 478b. cf. Siebel ad *Ἀτθίδ.* script. p. XVII—XXIV. *Ἑρμιππος ὁ Καλλιμάχειος* apud eundem Athen. I. 21 a. c. IV. 162 c. 163 e. V. 213 f. XIII. 590 d. XV. 696 f. Hos praecipue *Καλλιμαχείων* nomine vocatos esse suspicatur Hecker. l. c. p. 24 propterea quod Callimachus in eos forsitan vel maxima beneficia cumulaverit et de horum ingenii eruditione vel optime meritus sit.

Ad Istri personam cognoscendam praeterea tantum faciunt quae apud Suidam exstant s. v. *Ἴστρος, Μενάνδρου, Ἴστρου, Κυρηναῖος ἢ Μακεδών, Καλλιμάχου δοῦλος καὶ γνώριμος· Ἑρμιππος δὲ αὐτόν φησι Πάφιον ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων.* Haec docent Istrum e Papho Cypri urbe oriundum esse et servum fuisse Callimachi de quo servitio dubitant Voss. hist. gr. IV, p. 12 et Weichert. l. c p. 19. At etsi servus fuit Callimachi, tamen bonis litteris operam navavit domini praestantissima doctrina et institutione utens. Nam *γνώριμοι* idem est, Suida teste, ac *φοιτηταί* unde etiam apparet Weichertum l. c. p. 18 falsum esse propter vocabulum *γνώριμος* arbitrantem Istrum inter et Callimachum amicitiae vinculum intercessisse. *Ἀττικὰς λέξεις* quae apud Eustath. Od. p. 1627, 131 memorantur — *ἀλλὰ καὶ ὅτι Ἴστρος ἐν Ἀττικαῖς λέξεσιν ἄρνα φησίν, εἶτα ἀμνόν, εἶτα ἀρνειόν, εἶτα λειπογνώμοια* num vere scripserit, dubitat Nauckius Aristoph. Byzant. frag. p. 107, 4. Quod idem l. c. p. 3, 4 in Suidae verbis s. v. *Ἐρατοσθένης — μαθητὴν ἐπίσημον καταλιπὼν Ἀριστοφάνην τὸν Βυζάντιον οὗ Ἀρίσταρχος μαθητής· μαθηταὶ δὲ αὐτοῦ Μνασείας καὶ Μένανδρος καὶ Ἄριστος* pro Aristi nomen Istri substituendum esse conjecit, non minus est dubio obnoxium.

De Hermippo paullo plura tradere poterimus.

Eum enim Smyrna ortum esse docemur ab Athen. VII. 327 c. Quo anno natus quove mortuus sit non reperitur. Tamen floruisse eum inde ab Ol. 130 usque ad Ol. 148 probabiliter conjecit Lozynsky Hermipp. frag. p. 5. De ejus aliis rebus nihil constat nisi si Peripateticorum sectam eum secutum esse merito

colligitur ex Hieronymi Stridonensis libro „De viris Illustribus c. 1" qui Peripateticum eum vocat. Sed de hac re adeas Lozynsk. l. c. p. 9. Scriptorum ejus haud pauci exstant tituli cum fragmentis quibusdam quos si enumerabimus, hoc inde efficitur, ut videamus hunc ex Callimachi institutione aliquid fructus percepisse eumque Hermippo certo autorem et suasorem fuisse ut quae ipse intermiserit studia ille continuaret. Primarium Hermippi opus fuit *περὶ των ἐν παιδείᾳ λαμψάντων λόγῳ*. Et. M. 5. V. *Ἀπάμεια* cujus etiam titulus fuit auctore Dionysio Laërt. l, 33. II, 13. V. 2. *Βίοι*. Hoc opere Hermippus clarorum philosophorum et legislatorum vitam ac disciplinam descripserat et de servis eruditione claris locutus erat id quod satis superque constat ex partium operis titulis; *ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους πρώτῳ* Athen. XIII, 589 c. XV, 696 f. Diog. Laërt. V. 1. *περὶ τῶν ἑπτα σοφῶν* Diog. Laërt. VIII, 88. I. 42. *ἐν τῷ περὶ Θεοφράστου* Diog. Laërt. II. 55. *περὶ τῆς Διογένους πράσεως* Diog. Laërt. VI, 29. de Pythagora Joseph. I, p. 22. Diog. Laërt. VIII. 10. *περὶ τῶν νομοθετῶν* Lozynsk. l. c. p. 32. *περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων* Suid. s. V. *Ἴστρος*. Hoc igitur opus vides ad emitationem Callimachi *πινάκων* compositum fuisse. Scripsit et Hermippus oratorum Graecorum *Βίους* ut ex hisce titulis apparet: *ἐν τῷ περὶ δοργίου* Athen. XI, 505 d. *ἐν τῷ περὶ Ἰσοκράτους* Athen. XIII, 592 d. *περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν* Athen. X, 451 e. in quibus conficiendis ei *τὸν πίνακα τῶν Ῥητορικῶν* Callimachi ante oculos versatum esse non injuria opineris. Hermippum etiam mirabilium narrationum collectionem (*ἱστοριῶν παραδόξων συγγραφή*) scripsisse Callimachi *θαυμάσια* sequentem apparet ex Aeliani de nat. anim. VII, 40 narratione de cane Aethiopico cf. Lozysnk. l. c. p. 52. Cum in schol. ad Apoll. Rhod. IV, 29 fragmentum quoddam reperiatur, quo de Nilo agit Hermippus, fieri potest ut hoc desumptum sit ex opere *περὶ ποταμῶν* sicut Callimachus etiam *περὶ ποταμῶν* scripsit. Grammatica scripta etiam deprompsisse Hermippum statuendum est propter titulum: *συναγωγὴ τῶν καλῶς ἀναφωνηθέντων ἐξ Ὁμήρου* Stob. Ecl. 37. Alia Hermippi scripta quae tamen ad Callimachi operum exemplar quippe quorum nescio quot tituli iniquo fato intercepti sint composita esse non demonstres, haec sunt: *περὶ Μάγων* Diog. Laërt. prooem. 8. Athen. XI, 478 a. de sideribus Hygin. Poëtic. Astronom. II. c. 4.

Φιλοστέφανος δὲ ὁ Κυρηναῖος μὲν γένος, Καλλιμάχου δὲ γιώριμος Athen. VIII, 331 d. Vixit hic homo sub Philadelpho et Euergete regibus eumque etiam tempora Philopatoris imperii attigisse apparet ex Plin. hist. nat. VII, 56. 208. Quid ad studia ejus Callimachi institutio ac disciplina valuerit ex eo videmus quod rebus mirabilibus perquirendis operam impendit et opus *περὶ παραδόξων ποταμῶν* Athen. VIII, 331 d. composuit procul dubio ad exemplar praeceptoris *θαυμασίων* factum. Exstant

hodie Philostephani operis fragmenta sex ab Westermanna Paradox. Graec. p. 179. 180. illustrata. Tzetz. in Chiliad. VII, 144. V. 651 Philostephanum tradit de rebus mirabilibus *γραφαῖς μετροσυνθέτοις* etiam scripsisse, V, 672 ex iis duo corruptissima disticha laudans in quibus de lacu in Sicilia sito sermo est. Quod si verum est, statuas Philostephanum non solum de fluviis, sed de aquis in universum scripsisse. Fieri potest ut recte suspicatus sit Westermanus l. c. praef. p. XXXVII. Philostephanum unum fuisse *τῶν ἐν ἐπιγράμμασιν ἐξηγουμένων τὰ παράδοξα τῷ Πτολεμαίῳ* qualem exstitisse Archelaum ex Antigono constat. Juvat et alia hujus sat obscuri scriptoris opera infra subjicere etsi non ad Callimachiorum scriptorum imitationem contexta quibus tamen videas Callimachum discipulos exhortari calluisse ut ipsi antiquitatis monumenta pervestigarent suaeque eruditionis luculenta specimina in luminis divas auras proderent. *Ἥλιον* Athen. VII, p. 292 f. Idem laudat VII, 297 f. septimum librum urbium Asiaticarum cf. schol. Apoll. Rhod. I, 985. 1024. II, 948. Et. M. s. v. *Σινώπη· περὶ νήσων* Harpocrat. s. v. *Στρύμη. περὶ τῶν νήσων* Serv. in Virgil. Aen. I, 200 cujus operis pars fuisse videtur apud Clem. Alex. protr. p. 17 memoratus liber „de Cypro." Huc retulerimus etiam fragmentum in schol. Hom. ad Odyss. 12, 301: *Νυμφόδωρος* (ita Ebertus pro *Μεμψήδωρος* vel *Μεμψόδωρος*) *ὁ τὴν Σικελίαν περιηγησάμενος καὶ Πολύαινος καὶ Πανύασις φύλακα τῶν Ἡλίου βοῶν Φυλάκιόν* (Vind. *Φυλαιόν*) *φησι γενέσθαι, ὃν Φιλοστέφανος Αἰολιδοῦν εἶναί φησι καὶ ἔχειν ἐν Μύλαις ἠρῷον* cf. Meinek. Anal. Alex. p. 370. *Φιλοστέφανος ἐν τοῖς Ἠπειρωτικοῖς* Harpocr. s. v. *Βουχέτα. περὶ εὑρημάτων* Clem. Alex. strom. I, p. 138: „Historiae" Philostephani mentio inicitur a Plut. Lys. c. 23: *Φιλοστέφανος ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν* schol. ad Apoll. Rh. II, 124 quo in opere conscribendo Philostephanum conjicias Callimachi *ὑπομνήματα* respexisse. Sed de hac re nil certi licet affirmare.

Ἐρατοσθένης, Κυρηναῖος, μαθητὴς Καλλιμάχου τοῦ ποιητοῦ καὶ φιλοσόφου Ἀρίστωνος Χίου, γραμματικοῦ δὲ Λυσανίου τοῦ Κυρηναίου. Suidas. Natus est Eratosthenes ol. 126 eodem tradente Suida (*ἐτέχθη δὲ ρκς' ὀλυμπιάδι*) mortuus ol. 146 octogenarius (*καὶ ἐτελεύτησε π' ἐτῶν γεγονώς*) cf. chronic. pasch. p. 175 d. Euseb. Chronic. n. 1833. Syncell. p. 283, 13. In Crameri Anecd. Paris. I, 6 Eratosthenes vocatus *Καλλιμάχου ἡλικιώτης* quo stabilitur opinio Callimachum diu etiamtum sub Euergete rege vixisse. Ad Eratosthenis ingenium excolendum admodum parum valuisse videtur Callimachus. Scriptis enim ejus quorum ad nos pervenit notitia vix demonstres eum praeceptoris vestigia secutum esse e quibus potius patet Eratosthenem diversis studiis sese dedisse. Nempe scripsit: *Γεωγραφικά* Strab. I. p. 29. II. init. XV. p. 688 schol. ad Apoll. Rh. IV.

259. 284. 310. Tum libros composuit de mathematicis disciplinis cf. Bernh. Eratosth. p. 168 seqq. de Cubi duplicatione Eutocius ad Archimed. Sphaer. et Cylindr. p. 21. 22 ed. Basil. 1544. De antiqua comoedia Polluc. onom. X. 60. Harpocrat. p. 117. Athen. XI. 510 d. schol. ad Aristoph. ran. 1060. De Chronographiis (*περὶ χρονογραφιῶν*) Harpocrat. Opera philosophica de quibus Bernh. l. c. p. 186 seqq. Carminum quae Eratosthenes condidit, veterum testimoniis innotuerunt tantum Mercurius Athen. XI. 501 e. quod idem fuit ac *κατάλογοι* et *καταστερισμοί* vel *καταστεριγμοί*, et Erigone Long. de sublim. 33, 5, quod a Mercurio segregatum poëma fuisse docet Bergk. in Anal. Alex. part. I. p. 4 seqq. Marburg. 1846. At ejusdem Bergkii mira sagacitas l. c. p. 9 seqq. dispexit fragmentis hucusque ad Mercurium relatis inesse nonnulla, quae ex aliis carminibus decerpta sunt ita ut statuendum sit Eratosthenem etiam „Epithalamium“ et „Anterinnyn“ et „Hesiodum“ scripsisse quamvis fieri possit ut Anterinnys et Hesiodus idem sit carmen. En vides haec opera maximam partem e studiis profecta esse a Callimachiis prorsus alienis et Eratosthenis ingenium potius ad philosophiam tractandam comparatum fuisse. Quare Aristoni et Arcesilao philosophis quos Athenis audiit summo studio sese applicuit Strab. I. p. 15. Praeceptoribus usus est etiam Apelle et Bione philosophis Strab. l. l. Tamen quod apud eundem Strabonem eodem loco (*ὃς τοῦ Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως γνώριμος γενόμενος Ἀθήνησιν*) de familiaritate cum Zenone contracta traditur, ea per breve tantum temporis spatium perfructus esse potest Eratosthenes cum clarus ille philosophus Eratosthene admodum juvene supremum diem obierit. Lysanias Cyrenaeus qui inter Eratosthenis praeceptores a Suida enumeratur idem est quem, prius amicum, a se descisse conqueritur Callimachus ep. XXX cf. de eodem Athen. XI, 504 c. Wolff. prolegg. p. 186. Ad bibliothecae curam accessit Eratosthenes ab Euergete arcessitus, etsi non Athenis ut Suidas perhibet (*μετεπέμφθηδὲ ἐξ Ἀθηνῶν ὑπὸ τοῦ τρίτου Πτολεμαίου*). De Eratosthenis censoribus acerrimis v. Bernh. l. c. p. 3.

Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεὺς μαθητὴς Καλλιμάχου. Eudoc. p. 61. *μαθητὴς Καλλιμάχου ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου* Suidas. *Καλλιμάχου μαθητής, τὸ μὲν πρῶτον συνὼν Καλλιμάχῳ τῷ ἰδίῳ διδασκάλῳ, ὀψὲ δὲ ἐπὶ ποιεῖν ποιήματα ἐτράπετο.* Vit. Apoll. Rhod. ed. Merkel. l. c. II. p. 532. *Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεὺς μαθητὴς Καλλιμάχου* ibid. p. 534. Hoc loco est ut de vehementissima ista Callimachum inter et Apollonium conflata concertatione loquamur, causas ejus enucleemus quis auctor fuerit rixae accurate collustrare conemur. Nam viri docti qui hucusque hanc rem tractaverunt seu partium studio abrepti seu temporum naturam et indolem quibus hi inimicis-

simi sibi homines vixerunt parum respicientes non uno nomine ab vero aberrasse nobis videntur.

Inter veteres Graecos poëtas quos novimus (nam hoc loco tantum de poëta Callimacho sermo erit) vix alium poteris indagare qui a recentioribus tam durum expertus sit judicium quam Callimachus Cyrenensis. Quamquam ne inter veteres quidem scriptores ei reprehensores et obtrectatores defuerunt. Lucian. de scrib. Hist. p. 371. Scriptor incertus apud Suid. s. v. *Σεβηριανός*. Proclus in Tim. Plat. p. 28. Pollianus v. ejus epigramma in Anthol. II. 40, 3. p. 236 ed. Brodaei. Phot. Bibl. p. m. 801. Eunapius Vit. Soph. in Diophant. p. 128. Nam non solum omnino maximas moverunt dubitationes num poëtae nomine Callimachus vere sit dignus, sed etiam mores ejus et naturam in suspicionem adduxerunt non veriti hunc virum falsis criminibus insectari. Quarum si causas quaeris calumniarum nulla alia tibi parata est quam quod memoriae proditur Apollonium admodum adolescentem (*ἔτι ἔφηβον ὄντα*) Argonauticon carmen praelegisse quod cum ab auditoribus iniquis animis exceptum esset Alexandria eum decessisse. Hujus infortunii haud cunctanter audent affirmare auctorem fuisse Callimachum quippe qui Ibin in Apollonium composuerit. Exstare finem h. in Apoll. v. 105 —113. ep. 9, 22, 30 omissis iis contumeliosis carminibus, quae per saeculorum decursum perierint. Haec, ajunt, sufficere ut cognoscamus Callimachum ut haud spernendum aemulum, qui verendum esset ne sibi reportatam palmam praeriperet, deleret omnibus vivibus intendisse. Id quod perfacile fieri potuisse cum Callimachus ad summum honorum fastigium evectus magna apud aequales auctoritate valuisset. Nec minus favet eorum sententiae, quod Apollonii probrosum carmen in Callimachum scriptum unum tantum hodie exstat quamquam jure quaerere licet quot perierint. Sed vides haec omnia ita esse comparata ut multo facilius sit Callimachum calumniari et Apollonium defendere, quam ipsam inimicitiae et Apollonii infortunii causam intus perspicere. Nos quidem quam inimicitiae causarum imaginem animo informaveramus, nunc depromamus id sedulo agentes ne partium studio abripi nos patiamur.

Schol. h. in Apoll. v. 106: *ἐγκαλεῖ διὰ τούτων τοὺς σκώπτοντας αὐτὸν μὴ δύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα ὅθεν ἠναγκάσθη ποιῆσαι τὴν Ἑκάλην.* Num vera haec tradat scholiasta non est quod dubitemus cum Heckero l. c. p. 48 nitente sententiis Ruhnk. Ep. cr. II. p. 134 et Valcken. diatr. p. 283 a. Idem mirum in modum falsus est Heckerus l. c. p. 48 contendens Aetia non Hecalen Callimachum scripsisse ad obtrectatoribus persuadendum se epico etiam carmini componendo parem esse. Cum enim etiamtum Cyrenae versans Aetia componere coeperit et priusquam Alexandriam transmigraverit, certam operis partem jam confecerit, in calumniatores ea scribere non po-

tuit. Nam Callimachus ubi Alexandriam venit, nullam dum famam et gloriam adeptus ne obtrectatores quidem habuit. Accedit id quod constat Actia non epicum carmen, sed elegias fuisse v. Schneid. l. c. p. 2 seqq. Nec praetermittendum est quod inimici Callimacho *βραχυλογίαν* ab ipso valde commendatam exprobraverunt, Hecalen, continuum et lepidissimum carmen, optimum fuisse responsum. Quibus de causis scholiastam procul dubio vera memoriae prodidisse crediderimus. Gravissimi momenti est ad propositam nostram quaestionem disceptandam a scholiasta usurpatus numerus pluralis: *τοὺς σκώπτοντας* unde apparet majorem aequalium numerum Callimacho facultatis inopiam exprobrasse epici carminis condendi. Seu pauci seu multi illi fuerunt, certo licet affirmare eos homines fuisse non prorsus ingenio destitutos, partem fortasse ipsos poëtas utpote qui omnino Callimachum popularem auram parvi pendentem, ut ipse profitetur cp. 30 commovere possent, ut malignas eorum voces respiceret et Hecalen scribere aggrederetur. Eorum principem fuisse credimus Apollonium ingenio certe inter socios longe praestantissimum, nam illorum nulla relicta sunt vestigia. Num vero priusquam ipse Apollonius de artis poëticae natura ac ratione certum sibi judicium parasset, fuerint qui a grammaticis studiis abhorrentes Homericam poësin revocare et ad ejus imitationem totos se vellent componere, quibus tum Apollonius se applicuisset propter veterum documentorum inopiam non licet indagare. Neque haec est conjectura verosimilis. Rectius judices sponte Apollonium, summa Homeri admiratione abreptum solum inter populares novam hanc viam ingressum esse, Callimachi praeceptorum oblitum, qui contra immensam doctrinae copiam, limatissimos summaque cura elaboratos versus, brevia argumenta postulabat. Sed non statuendum est Argonautica primum fuisse Apollonii opus praesertim cum, ut Vitae auctor tradit, admodum adolescens (*ἔτι ἔφηβον ὄντα*) hoc carmen ille Alexandriae recitaverit. Certe priusquam ad tam amplum opus conscribendum animum appulerit, aliquot et ingenii et eruditionis specimina jam procreavit, quae etsi multitudini innotescere non passus cum familiaribus tamen communicavit, qui quidem etiam aliis ejus ingenii praestantiam probarunt. Ita factum videtur ut Apollonius socios sibi paraverit, nec falsa opinor suspicio erit mirifice sibi eum placuisse quod in ipsis vitae incunabulis jam gloriolam quandam adeptus sit. Sic sociorum plausu et suopte ingenio fretus Callimachum etiam atque etiam deserere coepit et nimia gloriae cupiditate (nam ne hoc quidem vitio Weichertus eum absolvere callet) repletus Argonautica componere constituit ut totam per urbem gloriam suam et famam dissiparet.

Haec de Apollonio praemittenda videbantur si de inimicitia cum Callimacho contracta sobrio volumus judicio uti. Inter

Apollonii igitur socios supra descriptos nescio an haud pauci, immo plurimi fuerint ii qui non Apollonii amore ducti aut instaurata ab eo quam Homerus praeiverat poëseos ratione oblectati juveni poëtae se adjunxerint, sed, cum Callimachum odissent eique inviderent, quod Alexandriae ne oriundus quidem et ante misellus ludi magister in obscuro urbis vico pueros edocens tantam apud reges auctoritatem atque famam nactus esset, sed, inquam, omnino ut abjecti hi homines insignis alicujus viri sub praesidium refugerent et haberent aliquem ipsis litterarum capaciorem quem inviso isti Callimacho opponerent. Nam hoc iis pergratum accidit, quod in studiorum generibus nova moliebatur Apollonius quoniam sic sub specie opinionum in litteris tractandis diversitatis grave odium et invidiam in Callimachum conceptam abscondere poterant. Tamen negaverimus Callimachum etiam causam offensionis praebuisse. Cum enim per se probabile sit atque etiam Vitae verba ap. Merkel. l. c. p. 532. *μὴ φέροντα δὲ αἰσχύνην τῶν πολιτῶν καὶ τὸ ὄνειδος καὶ τὴν διαβολὴν τῶν ἄλλων ποιητῶν* fidem faciant in istorum numero fuisse etiam qui carminibus condendis operam impenderint, videbant non solum se in hac re a Callimachio ingenio multo superatos esse, sed etiam acerrimo ejus judicio percenseri cujus rei luculenti testes sunt:

fr. 77: *... οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω*
τὴν μοῦσαν, ὡς ο Κεῖος Ὑλλίχου νέπους.
fr. 90: *... οὐ μάχην ἀείδοντας*
τὴν Βουπάλειον ...
fr. 279: *... νόθοι δ' ἤνθησαν ἀοιδαί.*
fr. 295: *... ὑδάτινον καίρωμ' ὑμένεσσιν ὅμοιον.*
fr. 319: *ληκύθειος μοῦσα.*
fr. 419: *πιπράσκει δ' ὁ κακὸς πάντα πρὸς ἀργύριον.*
fr. 423: *ὡς λύκος ὠρυοίμην.*
fr. 471: *Μουσέων κεῖνος ἀνὴρ ἀτέει.*

Haec autem de Callimachi calumniatoribus et obtrectatoribus vere a nobis disputata esse ex eo apparet, quod Callimachus ipse persaepe de iis loquitur mero plurali utens v. c. p. 145:

μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν.
fr. 282: *σκέρβολα μυθήσαντο.*
fr. 292: *ἔλλετε βασκανίης ὀλοὸν γένος.*
fr. 493: *νηΐδες οὔ Μούσης οὐκ ἐγένοντο φίλοι.*

Huc pertinent etiam ep. 22, 4 *ὃ δ' ἤεισεν κρείσσονα βασκανίης* p. 253: *κηκάδι σὺν γλώσσῃ*; h. in Apoll. v. 105: *ὁ Φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' οὔατα λάθριος εἶπεν* v. 113: *ὃ δὲ Μῶμος ἴν' ὁ φθόρος ἔνθα νέοιτο.* Haec sunt primordia controversiae unde inimicitia incrementa cepit. Contra ipsum Apollonium ex hoc tempore nullum exstat aut fragmentum aut epigramma scriptum. Nam Ibin quam nobis objeceris apparet ad

illud tempus, quo ad summum fastigium pervenerat rixa referendum esse. Apollonius autem cum ipse Callimachi conviciis non petitus esset, hoc tempore nihil contra Callimachum molitus esse videtur. Quamquam etiam fieri potest ut Apollonius a sociis nihil admodum adversus Callimachum valentibus quorum dignum principem sese praestare debebat, excitatus notum illud epigramma Anth. Pal. XI, p. 275 in eum composuerit. Sed cavillatorum malignae voces ita percrebuerunt ut Callimachus cum epicum carmen eum scribere posse negarent, ad fremitum tandem cohibendum Hecalen conderet. Tempore autem quo Callimachus Hecalen scripserat, inimicitiam cum Apollonio fere nullam contractam fuisse, hujus sententiae luculentissima testimonia sunt, quod Apollonius in Argonauticis componendis et ipsam Hecalen et Jasonis reditum imitatus est, v. Hecker. l. c. p. 33 seqq. Merkel. l. c. praef. p. XLVII seqq. Unde apparet ipsum Apollonium Hecales praestantiam agnovisse et praeceptoris clarum opus certe magno ei fuit adhortamento ad diligentiam et curam adaugendam. Neque ita multo post haud scio an Argonautica ad umbilicum adducta Apollonius Alexandriae recitaverit. Sed sibilis magis quam plausu excepta sunt. Juvenis poëta procul dubio magnam de suo carmine quod sane et ingenio et eruditione eum praeditum fuisse testatur, foverat spem, qua ad irritum redacta eo iracundiae progressus est ut Alexandria decederet a Callimacho quem falsa opinione praeoccupatus harum calamitatum auctorem esse suspicabatur, graves se poenas petiturum esse juratus. Sed si quaeris utrum Apollonius recte fecerit quod infortunii culpam Callimacho imputaverit an non, nos quidem Callimachum ipsum Apolloniani carminis incommodam censuram data opera effecisse pernegamus. Nihil enim erat quod Callimachi bilem moveret cum Apollonius, ut supra significavimus, et Hecalen et Jasonis reditum hic illic in Argonauticis conficiendis imitando expressisset.

Potius aliae exstant causae eaeque gravissimae. Primum enim ipsa aequalium studia Apolloniano carmini adversabantur. Nam Alexandrini quod ajunt aevi indoles ac natura ita erat comparata, ut litterati homines traditis veterum operibus penitus cognoscendis et fovendis et pertractandis curam impenderent, non ut ipsi nova veterumque eximiis operibus similia conderent scripta et ubi antiqui desiissent, ibi pergerent in procreando. Quam si aetatis praescriptam legem et quasi normam negligenti Apollonio parum prospere successit opera quam in Homerica poësi renovanda collocaverat, ipse suorum malorum auctor est, non malitia Callimachi. Deinde facile cogitari potest sententias quas Callimachus protulerat de tractanda arte poëtica, tantum apud aequales valuisse ut et sponte plerique cum eo conspirarent, et si quis vellet aliquid novare sibilis eum exploderent ne audentes quidem Callimachiis sententiis refragari. Tertium

denique num incredibile est etiam Apollonii ingeniosi et docti juvenis haud paucos lividos obtrectatores exstitisse, qui nihil antiquius habebant quam ut oriens lumen in ipso ortu exstinguerent? Cujus sententiae si vetus desideras documentum, habeto verba Vit. Apoll. ap. Merkel. l. c. p. 532: *μὴ φέρονια δὲ τὴν αἰσχύνην τῶν πολιτῶν καὶ τὸ ὄνειδος καὶ τὴν διαβολὴν τῶν ἄλλων ποιητῶν καταλιπεῖν κτλ.* Apollonius autem veras has calamitatis causas ignorans Callimachi potentissimi viri malis artibus quippe cujus canendi ratio sponte suae adversaretur effectum esse opinatus est, ut Argonautica iniquis animis ab auditoribus exciperentur, quam quidem Apollonii suspicionem certe naviter pertendebant ut augerent et confirmarent Callimacho homines infesti. Constituit Alexandria relicta Rhodum se conferre quam migrationem priusquam instituisset calumniosis epigrammatis vel alio modo Callimachum ultus est, forsitan etiam socios adhortans ut se ipso Alexandria egresso eum injuriis afficerent. Quin etiam fieri potest ut Apollonius cum ipse jam Rhodi versaretur, contra Callimachum bilem suam profunderet. Hisce frequentissimis contumeliis lacessitus et exacerbatus Callimachus in Apollonium conscripsit Ibin. Haec a nobis vere disputata esse apparet ex Suidae verbis quae exstant s. v. *Ἶβις· ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἴς τινα Ἶβιν.* Videmus enim primum Callimachum priusquam ad Ibin scribendam animum impelleret, profecto Apollonii contumeliis et injuriis petitum fuisse (*εἰς λοιδορίαν*), tum verba (*εἰς ἀσάφειαν*) testimonio sunt Apollonium de malorum causis nec meditatum esse nec certiorem factum fuisse. Nec minus ipse videtur Callimachus hanc professus esse sententiam Apollonium ipsos infortunii auctores non cognovisse et mirum in modum falsum esse arbitrantem se discipulo interitum parare voluisse, quo referimus fr. 489: *σχέτλιοι ἀνθρώπων ἀφραστύες*; fr. 263: *χαλεπὴ μῆνις ἐπιχθονίων.* De forma atque institutione Ibidis suo loco dicetur. Tamen, ut id moneamus, quod huic carmini Callimachus titulum „Ibis“ imposuit, gratiam ei conciliat, cum factum videatur ut inimicitiae tantum periti carminis vim perspicerent. Restat ut quod sub finem alterius Vit. ap. Merkel. l. c. p. 534 memoriae proditur *καὶ ταφῆναι σὺν αὐτῷ τῷ Καλλιμάχῳ* i. e. Apollonium cum Callimacho eodem in sepulcro conditum fuisse, memoremus, id nos cum Bernh. hist. gr. litt. II. p. 304 grammaticorum commentum intellegere, significare volentium vehementissimos hos adversarios post mortem demum lites composuisse.

Praeter Argonautica scripsit et Apollonius versibus *κτίσεις* vel origines urbium cujus operis partes fuere *ἡ Ναυκράτεως κτίσις* Athen. VII. c. 19. Aelian. in anim. hist. XV, 23. p. 833 et *ἡ Καίνου κτίσις* si incerti poëtae versus apud Cram. Anecd. Paris. IV. p. 16. Apollonio tribuas cum Meinek. Anal. Alex. p. 403

cum quartum horum versuum a Tzetze ad Lycophr. 1285. Apollonio assignatum esse videamus. Et fieri potest ut Ritschelius in corollar. ad disputat. de bibl. Alex. p. 23. Parerg. Plaut. p. 620 et Muetzell. de emend. Theog. Hesiod. p. 288 recte suspicati sint Apollonium etam opus „de poëtis“ composuisse cujus mentio fieri videtur apud Hieronym. Epist. 48. p. 562 edit. Martianay tom. IV, 2: Scripsi librum „de illustribus viris“ ab apostolis usque ad nostram aetatem imitatus Tranquillum Graecumque Apollonium.

Clarissimus inter Callimachi discipulos fuit notus ille Aristophanes Byzantius. Suid. s. v. *Ἀριστοφάνης γραμματικὸς υἱὸς Ἀπελλοῦ ἡγουμένου στρατιωτῶν, μαθητὴς Καλλιμάχου καὶ Ζηνοδότου· ἀλλὰ τοῦ μὲν νέος, τοῦ δὲ παῖς ἤκουσεν· πρὸς δὲ τούτοις Διονυσίου τοῦ Ἰάμβου καὶ Εὐφροντίδα τοῦ Κορινθίου ἢ Σικυωνίου· γέγονε δὲ κατὰ τὴν ρμδ΄ ὀλυμπιάδα·* Eudoc. p. 64: *Ἀριστοφάνης, γραμματικὸς, Βυζάντιος, υἱὸς Ἀπελλοῦ, Καλλιμάχου μαθητὴς καὶ Ζηνοδότου· πρὸς δὲ τούτοις καὶ Διονυσίου τοῦ Ἰάμβου καὶ Εὐφροντίδα τοῦ Κορινθίου.* Quod ad tempus attinet quo Aristophanes natus est, Suidae verba *τοῦ μὲν νέος* non ad Zenodotum referenda sunt cum Kuster. ad h. l. Jons. de Sacr. hist. Philos. II, 2, 5. Weichert. l. c. p. 20 seqq. sed cum Zendotus Callimacho sit natu superior, apparet ea ad Callimachum pertinere cf. Clint. Fast. t. II. p. 15. Praeter Callimachum Zenodotum Dionysium Euphrantidam instituerunt Aristophanem etiam Machon Athen. VI. p. 241 seqq. *Μάχων ὁ κωμῳδοποιὸς ὁ Κορίνθιος — διδάσκαλος γενόμενος τῶν κατὰ κωμῳδίαν μερῶν Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ* id. XIV. p. 664 a.: *Μάχων δ΄ ὁ Σικυώνιος — ἦν δ΄ ἀγαθὸς ποιητὴς εἴ τις ἄλλος τῶν μετὰ τοὺς ἑπτά, διόπερ ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης ἐσπούδασε συσχολάσαι αὐτῷ νέος ὤν* et Eratosthenes Suid. s. v. *Ἐρατοσθένης — μαθητὴν ἐπίσημον καταλιπὼν Ἀριστοφάνην τὸν Βυζάντιον οὗ πάλιν Ἀρίσταρχος μαθητής.* Hinc Hecker. l. c. p. 27: „ex hoc quoque colligitur Callimachum non multis annis Zenodoto fuisse superstitem, si enim fuisset, Aristophanes vir factus Eratosthenis praeceptis non usus esset.“ Verum enim vero non videmus causam cur Aristophanem triginta annos natum (si quidem is Ol. 130 natus et Callimachus Ol. 138 mortuus est) non statuamus etiam Eratostheni eruditissimo viro se adjunxisse. Et ipsum verbum *ἐπίσημος* indicare videtur Aristophanem aetate jam provectiorem fuisse. Tamen non existimandum est Aristophanem Eratosthenis disciplina usque ad mortem ejus usum esse. Audierit Eratosthenem Aristophanes post Callimachi obitum per unam aut duas olympiadas cum perfacile fieri posset ut Aristophanes vivente Callimacho jam Eratostheni sese applicuerit quippe qui ipse Callimachi discipulus fuisset. Adhortatus est et exemplo et institutione Callimachus Aristophanem ut ad praeceptoris lit-

teratos indices commentarios scriberet et usque ad tempus suum continuaret. Tradit enim Athen. IX. p. 408 haec: *Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν τοῖς πρὸς Καλλιμάχου πίνακας.* Hujus tituli supra propositam interpretationem veram esse probant Cicero de Orat. III, 33, 132: An tu existimas cum esset Hippocrates ille Cous, fuisse tum alios medicos qui morbis, alios qui vulneribus, alios qui oculis mederentur? Num geometriam Euclide aut Archimede, num musicam aut Aristoxeno, num ipsas litteras Aristophane aut Callimacho tractante tam discerptas fuisse ut nemo genus universum complecteretur atque ut alius aliam sibi partem in qua elaboraret seponeret? de Fin. V, 19, 50: Quem enim ardorem studii censetis fuisse in Archimede? — quantum Aristoxeni ingenium consumptum videmus in musicis? quo studio Aristophanem putamus aetatem in litteris duxisse? Schol. Aristoph. nub. v. 967: *Τηλέπορόν τι βόημα] καὶ τοῦτο μέλους ἀρχή· φασὶ δὲ μὴ εὑρίσκεσθαι, ὅτου ποτ' ἔστιν, ἐν τῷ ἀποσπάσματι ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ εὑρεῖν Ἀριστοφάνη· τινὲς δέ φασι Κυδίου τινὸς Ἑρμιονέως· Τηλέπορόν τι βόαμα λύρας.* Athen. VIII. p. 336 c.: *ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀπήντησα τῷ δράματι, πλείονα τῆς μέσης καλουμένης κωμῳδίας ἀναγνοὺς δράματα τῶν ὀκτακοσίων καὶ τούτων ἐκλογὰς ποιησάμενος, ἀλλ' οὐ περιέτυχον τῷ Ἀσωτοδιδασκάλῳ ἀλλ' οὐδ' ἀναγραφῆς ἀξιωθέντι σύνοιδα· οὔτε γὰρ Καλλίμαχος οὔτε Ἀριστοφάνης αὐτὸ ἀνέγραψαν, ἀλλ' οὐδ' οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγραφὰς ποιησάμενοι.* Fragmenta hujus operis quae exstant octo collegit Nauckius Aristoph. Byzant. frag. p. 247 seqq. De Aristophanis bibliothecae cura quam sexaginta duos annos natus Suida auctore post Apollonium Rhodium suscepit luculentum testimonium est schol. Aristoph. nub. supra laudatum Vitruv. VII praef.

In Callimachi discipulorum numero non habendus est Apollas. Id quod nonnullos statuisse videmus Quint. XI, 2, 14 verbis nitentes: an Cranone, ut Apollas Callimacheus, quem secutus Cicero hanc famam latius fudit, ita ut Apollam Ponticum intellegant, de quo Clem. Alex. protr. p. 42. Athen. IX. p. 369 a. Preller. Polem. p. 175 seqq. Boeckh. schol. Pind. p. 11 seqq. At vero in Quintiliani loco non legendum est „Callimacheus", sed sive cum Bentlejo ad Callim. frag. p. 71. „Apollas et Callimachus" cujus conjecturam probat Meinek. Anal. Alex. p. 66 sive cum Schneidew. Prolegg. in Simonid. p. XII: „Apollas Callimachusque quem secutus Cicero" etc., quae quidem emendatio nobis magis arridet, quod tum plane patet quomodo vocula „que" exciderit.

De scriptis Callimachi.

Suida auctore: *καὶ ἔστι αὐτῷ τὰ γεγραμμένα βιβλία ὑπὲρ τὰ ω'* Callimachus perhibetur libros composuisse octingentos. In his nisi si statuas numerum *ω'* corruptum esse id quod apud Suidam hodie non admiramur, vix credibilis haec traditio inde tantum profecta esse potest quod Callimachi scripta non singulis magnis et continuis operibus numerabantur, sed partes horum separatim computabantur. Quae quidem conjectura eo probabilior est cum, qualibus tum temporis scribendi instrumentis utebantur, hae partes procul dubio secretis fasciculis compingerentur. Accedit id quod a Suida complures tituli ut segregata opera memorantur, quae majorum operum membra fuisse aliunde constat, cf. Hecker. l. c. p. 2. Voss. hist. graec. p. 128. In Callimachi autem scriptis recensendis et describendis, quoad id fieri potest, a carminibus exordiamur.

Epicorum carminum Callimachi nobis innotuit tantum Hecale quam scripsit ut vidimus ad malignas adversariorum voces cohibendas objurgantium vires ejus epico carmini componendo impares esse schol. h. in Apoll. 106: *ἐγκαλεῖ διὰ τουτων τοὺς σκώπτοντας αὐτὸν μὴ δύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα ὅθεν ἠναγκάσθη ποιῆσαι τὴν Ἑκάλην.* Lepidissime poëta depinxit hoc carmine ut Theseus ad Marathonium taurum interficiendum profectus ab Hecale ad quam deverterit, benigno hospitio exceptus sit, cf. Plut. Thes. c. 14. Multam hoc carmen nactum esse celebritatem testatur et Crinagorae epigramma in Anth. Pal. II, 193 et id quod ab veteribus diligenti manu versabatur qua de re Hecker. l. c. p. 82 seqq. Hecales fragmenta collegit et disposuit Naekius Bonn. 1845.

Heroico versu etiam scriptu fuit *Γαλάτεια* ut videre est ex unico fragmento ab Eustath. ad Il. II. p. 1088 et ab Athen. VII, 284 d. servato *Καλλίμαχος δ' ἐν Γαλάτειᾳ τὸν χρύσοφρυν·*

Ἢ μᾶλλον χρύσειον ἐν ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθὺν
ἢ πέρκας, ὅσσα τ' ἄλλα φέρει βύθος ἄσπετος ἅλμης.

Posteriorem horum versuum Eratosthenes in Mercurio uno verbo mutato usurpavit Athen. eod. loc. *καὶ Ἐρατοσθένης δ' ἐν Ἑρμῇ φησιν ἢ δρομίην χρύσειον ἐν ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύν.* Ceterum de sacro pisce Cram. Anecd. Ox. II. p. 451.

Hymnorum Callimachi sex integri aetatem tulerunt quorum quinque hymni in Jovem, in Apollinem, in Dianam, in Delum, in Cererem hexametris compositi sunt. In hymno in Lavacrum Palladis elegiacum metrum usurpatum est. Tempora si quaeras

quibus hi hymni nati sint, de quattuor modo certius indicari possunt. Nempe hymnum in Jovem scriptum esse sub Ptolemaei Philadelphi imperio indicio sunt versus 85—88 cf. Theocr. XVII, 13 seqq. Droys. G. d. Hellen. p. 721. Ad ejusdem principis regnum referendi sunt hymni in Delum propter vss. 165—190 cum scholiis cf. Droys. l. c. p. 243; Hecker. l. c. p. 13 et in Cererem propter scholiastae annotationem ad. v. 1 cf. Hecker. l. c. p. 72. Hymnum in Apollinem Euergetae actate conditum esse patet ex vss. 25 cum schol. et 67. De aliis quae ad hymnos spectant jam supra expositum est.

Praeter hos hymnos quos modo enumeravimus credibile est Callimachum etiam alios quosdam scripsisse quamquam eorum ab veteribus nulla inicitur mentio. Nam haud pauci inter incerta fragmenta exstant loci qui ex hymno aliquo decerpti esse possunt. Sic Hemsterhusius Callim. Ernest. p. 488 jam existimavit Herculem peculiari hymno a Callimacho celebratum esse, quo quae fragmenta pertinere videntur infra subjiciamus:

fr. 120: *χαῖρε βαρυσκίπων, ἐπίτακτα μὲν ἔξάκι δοιὰ,*
ἓκ δ' αὐταγρεσίης πολλάκι πολλὰ καμών

fr. 142: *... τὸ δὲ σκύλον ἀνδρὶ καλύπτρη*
γινόμενον, νιφετοῦ καὶ βελέων ἔρυμα

fr. 161: *ξεῖνος ἐχιδναῖον νέρθεν ἄγων δάκετον*

fr. 198: *Ἥλιν ἀνάσσεσθαι Διὸς οἰκίον, ἔλλιπε Φυλεῖ,*

quod conjunxit Schneid. l c. p. 13 cum p. 322 *ἱερὰν Ἥλιν.*

fr. 211: *θηρὸς ἀερτάζων δέρμα κατωμάδιον*

fr. 216: *σὺν δ' ἄμυδις φορυτόν τε καὶ ἴπνια λύματ' ἄειρεν.*

fr. 240: *ὅσον βλωμοῦ πίονος ἠράσατο*

fr. 365: *ἐχρῆτο δὲ Ἡρακλῆς τοῖς Σκυθικοῖς τόξοις, διδαχθεὶς παρά τινος Σκύθου Τευτάρου, ὡς ἱστορεῖ Ἡρόδοτος καὶ Καλλίμαχος*

fr. 383: schol. ad Il. *β* Bekk. I. p. 87: *Φυλεὺς ὃς εἰς τὸ Λουλίχιόν ποτε ἀπῳκίσθη, διὰ τὸ καταμαρτυρῆσαι τοῦ πατρὸς Αὐγείου πρὸς Ἡρακλέα περὶ τοῦ μισθοῦ ὃν ὑπέσχετο παρέξειν τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Αὐγείας εἰ καθάροι αὐτοῦ τὰς ἐπαύλεις μεστὰς οὔσας τοῦ κόπρου τῶν βοῶν· ἡ ἱστορία παρὰ Καλλιμάχῳ·* schol. ad Il. λ, 700 Bekk. I. p. 328 *Ἡρακλῆς προσάξαντος Εὐρυσθέως ἀνεκάθηρε τὴν Αὐγέου κόπρον· ἀπαιτοῦντι δὲ αὐτῷ τὸν μισθὸν ἀπεδίδου, λέγων ἐξ ἐπιταγῆς αὐτὸν πεποιηκέναι. Φυλεὺς δὲ ὁ τούτου παῖς κριτὴς γενόμενος κατέκρινε τὸν πατέρα· ὁ δὲ ἀγανακτήσας ἐξέβαλεν αὐτὸν τῆς χώρας. Ἡρακλῆς δὲ ἐπιστρατευσάμενος Ἤλιν ἐπόρθησε, καὶ μεταπεμψάμενος τὸν Φυλέα ἐκ Λουλιχίου παραδίδωσιν αὐτῷ τὴν βασιλείαν· ὀλιγανδρίας δὲ οὔσης διὰ τὸ πολλοὺς ἐν πολέμῳ συνεφθάρθαι, Ἡρακλῆς συγκατέκλινε τὰς τῶν τετελευτηκότων γυναῖκας τῷ στρατῷ· οὕτως δὲ πολλῶν γεννηθέντων, ἔθηκε Διῒ τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα, καὶ αὐτὸς πρῶτος τῶν ἀγώνων ἤψατο. Ἡ ἱστορία*

παρὰ Καλλιμάχῳ· fr. 410: Schol. ad Apoll. 12 h. I, 121 b: *περιγενόμενος δὲ Λρυόπων Ἡρακλῆς, καὶ ἀνελὼν τὸν Θειοδάμαντα, ἀνεδέξατο τὸν τούτου υἱὸν Ὕλαν, καὶ τὸ πᾶν δὲ ἔθνος διὰ τὴν ληστείαν μετῴκισε περὶ Τραχῖνα τὴν Θεσσαλικὴν πόλιν καὶ τὴν Οἴτην τὸ ὄρος τοῖς ὄροις τῆς Φωκίδος, ἵνα τῇ πολλῇ τῶν ἀνθρώπων ἐπιμιξίᾳ τοῦ ληστρικοῦ ἤθους ἀπόσχωνται· τούτων δὲ καὶ ὁ Καλλίμαχος μέμνηται.*

Credimus Callimachum etiam in Junonem hymnum composuisse quo haec fere fragmenta retuleris:

fr. 105: *Οὔπω σκαλμίδος ἔργον ἐΰξοον, ἀλλ᾽ ἔτι τεθμῷ*
δηναίῳ γλυφάνου ἄξοος ἧσθα σανίς
ὧδε γὰρ ἱδρύοντο θεοὺς τότε καὶ γὰρ Ἀθήνης
ἐν Λίνδῳ Δαναὸς κίον᾽ ἔθηκεν ἕδος·

Sic bene reconcinnavit valde corruptos versus Meinek. Call. Cyr. hym. p. 131. De Junone Samia eos intelligendos esse vidit Vossius Call. Ernest. p. 478. fr. 213 *Ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασε Παρθενίου.* Nam tradit scholiasta ad Apoll. 12 h. I, 187 haec: *Ἴμβρασος ποταμὸς Σάμου ὃς μετεκλήθη Παρθένιος, διὰ τὸ ἐκεῖ παρθένον οὖσαν τετράφθαι τὴν Ἥραν καὶ Καλλίμαχος μέμνηται·* Adde Cram. Anecd. Ox. III, 93: — *διὸ καὶ ὁ Καλλίμαχος οὕτως ἔφη·*

Ἥρης || ἁγνὸν ὑφηνέμεναι τῇσι μέμηλε πάτος.

Tamen Rankio ad Hesiod. Scut. 91. p. 158 conjicienti Callimachum hymnum in Bacchum scripsisse assensum ferre non possumus propterea quod fragmenta ad Bacchicas fabulas spectantia potius in „Semele“ de qua mox agamus locum habent.

Inter Elegias primum obtinent locum *Αἴτια* quibus tantam celebritatem nactus est Callimachus ut elegiarum princeps appelletur a Quint. X, 1, 58: Tunc et elegiam vacabit in manum sumere cujus princeps habetur Callimachus Phot. bibl. II. p. 319: *Οἱ μέντοι μεταγενέστεροι τοῖς ἐλεγείοις πρὸς διαφόρους ὑποθέσεις, ἀπεχρήσαντο· λέγει δὲ καὶ ἀριστεῦσαι τῷ μέτρῳ — ἀλλὰ καὶ τοῦ Τηλέφου Φιλητᾶν τὸν Κῷον καὶ Καλλίμαχον τὸν Βάττου·* Item in Cyrilli lexico Cram. Anecd. Paris IV. p. 195 Callimachus in clarorum *ἐλεγειοποιῶν* numero refertur. Canebat in Aetiis Callimachus ut ex fragmentis videmus causas sollemnium ad deos et heroës venerandos institutorum agonum aliorumque cultuum et origines oraculorum et urbium quae a deis aut ab heroibus conditae esse ferebantur ita ut vel obscurissimas fabulas pervestigaret. Anth. Pal. VII, 42, 3: *τοῖα γὰρ ἄμμιν ἔφηνας ἄτ᾽ οὐ πάρος ἀνέρες ἴδμεν || ἀμφὶ καὶ ἀθανάτους ἀμφὶ καὶ ἡμιθέους· καὶ* pro *τε* reposuit Meinek. Call. Cyren. hym. praef. p. XII. Clem. Alex. Strom. V. p. 676 *Εὐφορίων ὁ ποιητὴς Καλλιμάχου Ἶβις καὶ τὰ Αἴτια καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλέξανδρα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια γυμνάσιον εἰς*

ἐξήγησιν γραμματικοῖς ἔκκειται ἅπασιν· Divisa fuerunt Aetia in libros quattuor quorum cuique peculiare suum argumentum fuisse voluerunt Hertzberg. in Bergkii diar. antiq. 1847 II. p. 133 et Schneider proleg. in Callim. Aet. frag. p. 6. At haec sententia comprobari nequit cum nimis multae ei causae adversentur. Primum enim prorsus non intelligitur quomodo contendere potuerint viri docti (Herzberg. l. c. p. 134; Schneid. l. c. p. 6) in secundo Aetion libro Callimachum origines urbium pertractasse. Hertzbergius de causis conjecturae tacet. Schneiderus ad hanc sententiam firmandam testimonio utitur eo, quod Suidas in Callimachi operum elencho exhibet titulum: κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίαι· At hoc nihil praebere potest praesidii cum illud opus in ea catalogi parte quae soluto sermone perscripta opera continet memoretur. Nam qui Suidae indicem accurate examinare volet, observabit, Suidam carmina prius recensere, quam prosae orationis libros. Deinde eorum fragmentorum quae ipsi laudantes auctores ex secundo Aetion libro decerpta esse peculiari numero adjecto indicant, ne unum quidem est, quod ad urbium origines referendum esse pro certissimo affirmaveris. Atque etiamsi quis unum vel duo eorum fragmenta ex illo libro desumpta esse demonstret, de ceteris restaret dubitatio. Itaque cum ex certis fragmentis nullum suppetat documentum, ad sententiam suam stabiliendam ad incerta refugiunt viri docti quorum avide arripiunt fr. 271 ἐδείμαμεν ἄστεα μορτοί quod de Argonautis in reditu multarum urbium conditoribus intelligi volunt. At vero etsi vere constaret hoc fragmentum ad secundum Aetion librum pertinere (nam Ammonius περὶ ἑρμηνείας p. 27 verba tantum citat operis nomine omisso) tamen haud immerito quaereres utrum Callimachus Argonautarum in reditu depingendo hoc imprimis consilium sibi proposuerit ut demonstraret quot urbes ille condidissent an id in transcursu tantum monuerit potius pericula et varia fortunae tormenta quibus Argonautae obnoxii erant describens. Agones Callimachum tertio Actio libro persecutum esse autumat Hertzbergius l. c. p. 135 nitens fr. 29 Ἀπέσας quod in tertio libro de Nemeis dictum esse dradit Steph. Byzant. Schneid. l. c. p. 5 commentus est in primo libro agones tractatos fuisse fr. 452: ταῦρον ἐριμύκην εἷς ἑνὸς ἀντερέτου quod procul dubio de Thesei certamine cum Marathonio tauro commissio accipiendum est, nimis quaesite explicare studens. Eodem jure affirmes agonum eorumque originum descriptionem quarti libri materiam fuisse cum fr. 32 Δειπνιὰς ἔνθεν μιν δειδέχαται quod ex quarto Aetion esse tradit Steph. Byzant. ad Pythia spectare appareat. Vides ex his quantae difficultates ex utriusque viri docti sententia nascantur. Dixeris perfacile cogitari posse poëtam quamquam in aliquo Aetion libro de agonibus separatim et uno tenore egisse, tamen, si qua rei natura postulabat, hunc illum agonem denuo com-

memorasse. Audimus. Atqui tantem liber fuit quo seorsum agonum origines explanatae sunt? Qua ratione primum vel secundum vel tertium librum esse demonstrabis? Nulla fere. Et profecto si unus illorum trium librorum separatim agonum causarum descriptionem continuisset, haud dubie ipsa fragmenta etsi pauca restant hanc libri naturam apertius demonstrare deberent. Ut sibi constet Hertzberg. l. c. p. 138 quarti libri argumentum quo in confingendo ei quoque Callimachi ille operis titulus *κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίαι* falso ad carmina relatus ante oculos versatus esse videtur, invenit nominum mutationem, ipse tamen fatens: „Viel unklarer ist die Auffassung des 4ten Buches“ neque alia ulla ad conjecturam suam probandam argumenta afferens quam fr. 33 *Μυτανίδα Λέσβον* Steph. Byzant. *Μιτυλήνη, πόλις ἐν Λέσβῳ μεγίστη — ἀπὸ Μύτωνος τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Μιτυλήνης· ὅθεν Μυτανίδα καλεῖ τὴν Λέσβον Καλλίμαχος ἐν τῷ τετάρτῳ.* At cum altero certo fragmento 32 ad Pythia pertinente eodem jure possis contendere, agones hoc libro pertractasse Callimachum, apparet admodum sublestae esse fidei opinionem Hertzbergii. Alia atque etiam magis incerta ratione rem conficere conatur Schneid. l. c. p. 6 ad partes vocans Pseudo-Hyginum quem cum in conferenda sua farragine Callimachi Aetia ante oculos habuisse suspicatus sit, contendit etiam Callimachum de rerum inventoribus in tertio Aetion exposuisse, Pseudo-Hygino secundo capiti (274) quis quid invenerit et quinto (277) rerum inventores titulos inscribente. At quod ad *εὑρήματα* pertineat nullum est inter certa fragmentum. Tum si Callimachus singulis libris peculiaria illa argumenta tractabat, apparet quae ejusdem fabulae erant uno tenore canenda, incommode disjuncta fuisse. Multo igitur probabilior est Rauchii sententia in libello inscripto Call. Aet. frag. p. 4 sqq. prolata Aetia ex singulis fuisse elegiis composita quarum altera levi quodam sententiae vinculo cum altera cohaesisset. Hoc si statuimus apparet Aetia casu potius in quattuor libros divisa esse non quod cuicunque libro peculiare suum argumentum fuerit. Callimachus enim qui admodum adolescens Aetia jam scripsit i. e. singulas elegias cultuum origines ad deos et heroës honorandos institutorum explicantes, Alexandriae versans earum numerum multis adauxit. Itaque in unum corpus eas colligere et inter se conjungere constituit, sed ne nimis vastum volumen ederetur, quattuor libris Aetion elegias disposuit.

Aetion partes fuere Argonautarum reditus cujus fragmenta composuit Hecker. l. c. p. 40 sqq. et *Ἄργους οἰκισμός*. Sic recte Meinek. Call. Cyr. hym. praef. p. XV pro *οἰκισμοί* quocum conjunctam fuisse putamus aliam partem *Ἰοῦς ἄφιξιν*. Utrumque titulum praestat Suidas nullo fragmento relicto.

Glauci carminis nomen tantum a Suida vervatum est. Certe

hac elegia prae ceteris celebraverat Callimachus Glauci Potniensis tristem casum. cf. G. Hermanni dissert. de Aeschyli Glaucis opusc. II. p. 59 sqq.

Κυδίππη Ovid. Rem. Amor. 381 Callimachi numeris non est dicendus Achilles || Cydippe non est oris, Homere, tui. Tractavit hoc in carmine Callimachus notam illam ac lepidam fabulam quae fertur de Acontii amore in Cydippen concepto. Fragmenta quae ad Cydippen spectant collegerunt Valcken. Eleg. frag. p. 210 seqq.; Buttm. Mythol. II. p. 122—127; Bergk. Anthol. Lyr. p. 125 seqq.; Rauch. Call. Aet. frag. p. 40 seqq.

Σεμέλη a Suida commemoratur quam cur Blomfiedius Callim. praef. p. XII Callimacho abjudicaverit titulum ex *Μέλη* falso natum esse putans, non intelligimus. Fragmenta ipsius hujus carminis titulo addito non sunt in promtu. Tamen si argumentum quod in hoc carmine tractari poterat, respicias, ex incertis fragmentis possis nonnulla huc referre: Et. Gud. p. 242, 30: *ἡλιτόμηνος ὁ Διόνυσος· σημαίνει δὲ ἐπταμηναῖον γεννηθὲν παιδίον· Καλλίμαχος· „τὸν οὐκ ἐπλησε φέρουσα μήτηρ οὓς ὤδινε μῆνας“* quae cum Hecker. comment. crit. de Anth. Gr. 1843. p. 186 sic numeris vincienda esse videntur: *... τὸν οὐκ ἔπλησε φέρουσα || μήτηρ, οὐδ' ὠδιν' ἐννέα μῆνας ὅλους* quem utero ferens mater novem mensium spatium non implevit, neque peperit. Et. M. p. 372, 4:

κεῖθι δέ οἱ πρώτῃ μαζὸν ἐπέσχ' Ἐρίφῃ
χωρὶς ἀπ' ἀνθρώπων, καὶ ἐπωνόμασ' Εἰραφιώτην.

At cavendum est ne huc referas fr. 171 (Et. M. p. 368, 49) *νῖα Διώνυσον Ζαγρέα γειναμένη* cum hoc in fragmento sermo sit de Proserpinae filio Baccho natu majore a Titanibus dilacerato (cf. Lobeck. Aglaoph. I. p. 552—556), in Semele carmine de Baccho juniore Semeles filio qui *ἡλιτόμηνος* fuit·

Et potest fieri ut recte se habeat Heckeri conjectura comment. crit. de Anthol. Gr. I. p. 196. 198 aliis duabus elegiis titulos inscriptos fuisse *Κόροιβον* et *Αἶνον*.

Attamen opus ab Harpocrat. s. v. *Ἄκτια· ἀγὼν παλαιὸς ἦν, ὡς δῆλον ποιεῖ Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ Ἀγώνων δῆλον ποιεῖ* laudatum *περὶ ἀγώνων* non existimaverimus Aetion fuisse partem. Potius statuendum est hunc librum prosa oratione perscriptum et ibi de agonibus in universum accurate expositum fuisse praesertim de iis quos aut praetermiserat Callimachus in Aetiis commemorare aut leviter tantum tractaverat. Ad solutum sermonem spectare videtur elocutio in Harpocrationis et Suidae verbis usurpata *ὡς δῆλον ποιεῖ*.

Praeter Aetia etiam per se subsistentes elegias composuit Callimachus:

Ἐπινίκιος ἐλεγειακὸς εἰς Σωσίβιον· Athen. IV. p. 144 d *Θεόφραστος δ' ἐν τῷ πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας, εἰ γνή-*

σιον τὸ σύγγραμμα· πολλοὶ γὰρ αὐτό φασιν εἶναι Σωσιβίου εἰς ὃν Καλλίμαχος ὁ ποιητὴς ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν ἐποίησεν) celeber fuit grammaticus Athen. III. p. 115a; XIV. p. 646a; 648b; XV, 674a; schol. ad Eur. Orest. 1632; Theocr. V, 92; Clem. Alex. protr. p. 31, 9; p. 32, 30; Tzetz. Chil. II, 595; Arnob. c. G. IV, 25. Probabilis est Heckeri conjectura l. c. p. 66 prolata hunc Sosibium Laconem ludis Nemeis vicisse huc referens fr. 193 schol. Pind. Ol. VIII, 12: *Ζηνί τε καὶ Νεμέῃ τι χαρίσιον ἔδνον ὀφείλω.*

Ἐλεγεία εἰς τὸν Βερενίκης πλόκαμον. Eratosth. in Catast. Leonis c. XII. Hygin. Poët. Astronom. II. c. XXIV Achilles Tatius Isagog. in Arati Phaenom. p. 134 C. D. schol. in Aratea Germanici ed. Morelli p. 114. Proclus de Sphaer. cap. ult. Angelus Politianus Miscellan. c. LXVIII operum I. p. 365. Fragmenta hujus carminis tria tantum servata sunt. Bergk. Anthol. Lyric. p. 132. Tamen per Catullianam conversionem quam accurate tractat Valcken. Call. eleg. frag. p. 36—202, graeci exemplaris imaginem licet effingere.

Elegiaco quoque metro perscripta fuit Ibis, notum illud adversus Apollonium Rhodium compositum carmen contumeliosum. Suidas. *Ἶβις· ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἴς τινα Ἶβιν γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου, ἣν δὲ οὗτος Ἀπολλώνιος ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά.* Ovid. Ib. vss. 55—61.

> Nunc quo Battiades inimicum devovit Ibin
> hoc ego devoveo teque tuosque modo
> utque ille historiis involvam carmina caecis
> non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.

Refertum erat hoc poëma obscurissimis undique collectis vocibus et fabulis ita ut aptissimum esset exercitium interpretandi artem profitentibus Clem. Alex. strom. V, 17: *Εὐφορίων γὰρ ὁ ποιητὴς καὶ Καλλιμάχου Ἶβις [καὶ τὰ Αἴτια καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλέξανδρα] καὶ τούτοις παραπλήσια γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικοῖς ἅπασιν.* Fragmenta adeas apud Valcken. Call. eleg. frag. p. 281—282 quem hic illic corrigit Hecker. l. c. p. 84 seqq. Quaeritur unde nomen carminis ortum sit qua de re diversissimae viros doctos occuparunt sententiae. Vide Micyllum ad Ovid. Ib. V, 53 cui assentitur Harles. ad Fabricii bibl. Gr. t. III. p. 820. not. 1; Laelium Biscidam in Hor. subsec. V. c. 18; Tschuke ad Pomp. Mel. vol. III. P. 3. p. 368. At horum opiniones ut pote vel ineptissimas jure rejicit Weichert. l. c. p. 66 seqq. recte quidem sentiens Apollonio jam priusquam Callimachus Ibin conscripsiset, Ibidos cognomen ab aequalibus inditum fuisse, tamen quam similitudinem cum illa ave Apollonius habens Ibis vocatus sit ignorans. Credimus enim Apolloniuu hebetibus oculis laborasse sicut Ibidos avis praecipue proprium esse dicitur tempore intermenstruo oculorum acie carere. Cram. Anecd. Paris. I. p. 324: *ἐκλογαὶ διάφοροι· ὅτι τοὺς μύρμηκάς φασιν ἐν ταῖς τῆς σελή-*

νης νουμηνίαις μὴ ἐργάζεσθαι, ἀλλ' ἡσυχάζειν, καὶ τὴν Ἶβιν δὲ καὶ τὸν κέρκωπα Αἰγυπτίοις ἔνθεν τιμᾶν ἐδόκει· ἀμφότερα γὰρ τὰ ζῷα σελήνῃ συμπαθῆ εἶναι προσείκασται· ἡ μὲν Ἶβις αὐτῷ τε σχήματι ἐμφερής· ἄκρα μεν ὁμιχλαίνουσα, λευκαίνουσα δὲ τὰ μέσα, καθάπερ ἡ αἰθερία μήνη· ὅτε γὰρ οὐρανὸς ἀσέληνος, οὐδ' ὁρῶσι· μύουσι δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς τουτονὶ τὸν χρόνον, καὶ ἄσιτοι ἐγκαρτεροῦσι τὸ συγγενὲς στοιχεῖον ἀναμένουσαι· ὁ δὲ κέρκωψ δηλοτέρας ἔχει τὰς ἐνεργείας· ὅτε γὰρ αὔξει ἡ σελήνη, ὁ τῶν ὀφθαλμῶν κύκλος τούτῳ εὐρύνεται· ὅτε δὲ μειοῦται, συστέλλεται.

Epigrammatum non exiguus numerus conservatus est. Tamen multo plura scripsisse Callimachum intelliges, si incerta fragmenta Bentleji industria indagata accurate contempleris et perscruteris. Horum quae ex epigrammatis decerpta esse contenderimus infra recensebimus simul addituri si potuerimus quo in sententiarum nexu a poëta dicta videantur, iis exceptis de quibus in prori commentationis particula jam dictum est.

fr. 106: *καὶ γὰρ ἐγὼ τὰ μὲν ὅσσα καρήατι τῆμος ἔδωκα*
ξανθὰ σὺν εὐόδμοις ἅβρὰ λίπη στεφάνοις
ἄπνοα πάντ' ἐγένοντο παραχρῆμ' ὅσσα' τ' ὀδόντων
ἐνδόθι, νειαίρην τ' εἰς ἀχάριστον ἔδυ,
καὶ τῶν οὐδὲν ἔμμεινεν ἐς αὔριον, ὅσσα δ' ἀκουαῖς
εἰσεθέμην, ἔτι μοι μοῦνα πάρεστι τάδε

quocum apte conjunxit Hecker. l. c. p. 70. fr. 109:

καὶ γὰρ ὁ Θρηϊκίην μὲν ἀνήνατο χανδὸν ἄμυστιν
ζωροποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ
τῷ μὲν ἐγὼ τόδ' ἔλεξα, περιστείχοντος ἀλείσου
τὸ τρίτον ... cf. p. 64.

fr. 111: *ἔνθ' ἀνέμων μεγάλων κῦμα διωλύγιον*

. . . . . .

τρίσμακαρ ἦ παύρων ὄλβιος ἔστι μέτα
ναυτιλίης ὃς νῆϊν ἔχει βίον· ἀλλ' ἐμὸς αἰὼν
κύμασιν αἰθυίης μᾶλλον ἐσωκίσατο
cf. ep. 18. 19. 62. fr. 97 et p. 10.

fr. 126: *Δέσποιναι Λιβύης, Ἡρωΐδες, αἱ Νασαμώνων*
Ἄδλιν, καὶ δολιχὰς θῖνας ἐπιβλέπετε
μητέρα μοι ζώουσαν ὀφέλλετε cf. p. 11.

fr. 412: *τὸ, Πάν, τρύπανον αἰπολικόν*

fr. 418: .... *ἐπεὶ θεὸς οὐδὲ γελάσσαι*
ἄκλαυτεὶ μερόπεσσιν ὀϊζυροῖσιν ἔδωκεν cf. p. 65.

fr. 420: *Μοῦσαί νιν ἑοῖς ἐπὶ τυννὸν ἔθεντο*
γούνασι cf. p. 14.

Fragmenta ex epigrammatis decerpta quibus in homines sibi infensos invehi et misellorum poëtarum prava carmina deridere videtur haec fere sunt:

fr. 133: ... *εἴ σε Προμηθεὺς*
ἔπλασε, καὶ πηλοῦ μὴ 'ξ ἑτέρου γέγονας

fr. 209: *Φωκαίων μέχρις κε μένῃ μέγας εἰν ἁλὶ μύδρος* ad Ibin refert Valken. ad Herod. II, 165 cui assentitur Hecker. l. c. p. 60. Tamen etiam ex epigrammate desumptum esse potest in Apollonium compositum.

fr. 222: *ὃς δ' ἑτέρῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὰ ἤπατι τεύχει*

fr. 223: *τοῦ τε μεθυπλῆγος φροίμιον Ἀντιλόχου*

fr. 262: *χαλεπὴ μῆνις ἐπιχθονίων*

fr. 295: *... ὑδάτινον καίρωμ' ὑμένεσσιν ὅμοιον*
cf. Cram. Anecd. Paris. IV, 292, 24.

fr. 304: *ἔργον ἀράχνα* ubi doricus genitivus notandus est.

fr. 338: *ἀδμολίη*

fr. 419: *πιπράσκει δ' ὁ κακὸς πάντα πρὸς ἀργύριον*

fr. 423: *ὡς λύκος ὠρυοίμην*

fr. 425: *ἄβαλεμηδ' ἀβόλησαν.*

Bekk. Anecd. p. 1188 *δημεχθέα Χέλλωνα κακόκνημόν τε Κόμητα.* Vide quae ad Hesychii glossam *Κόμητα ἕνα τῶν ἑπτὰ* disputavit Meinek. in Philol. Gott. XIV. p. 44.

fr. 141: *... ἐγὼ δ' ἤντησα Λυκείου*
καλὸν ἀεὶ λιπόωντα κατὰ δρόμον

pertinere videtur ad Callimachi Athenis commorationem. Cecinerit poëta hoc epigrammate doctum aliquem virum quocum prope Lyceum congressus facetum habuerat sermonem de parte quadam litterarum. Simile est ep. 2.

fr. 197: *αἰεὶ τοῖς μίκκοις μίκκα διδοῦσι θεοί.* Sic Et. M. 587, 36. Artemidor. Oneirocrit. IV, 36 *δίδωσι θεός.* Bekk. Anecd. I, p. 263: Hoc fragmentum epigrammatis esse potest quo se defenderat Callimachus contra falsas insolentiae criminationes. De vocis *μίκκος* forma v. Ahrens. de dial. Aeol. p. 177.

fr. 261: *... θύμον δὲ πασαίμην ‖ ᾧδιον ...* ex epigrammate decerptum videtur quo parsimoniam poëta commendaverat. cf. ep. 51: Nam *θύμος* est cibus rusticorum v. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. v. 253. p. 293: *ἑτέρων ἴχνια μὴ καθ' ὁμά* similem refert sententiam quam ep. 30, 4: *σικχαίνω πάντα τὰ δημόσια.* Cogitari potest Callimachum hoc suum odium in communem plebem conjectum pluribus epigrammatis prolocutum esse.

Schol. Eur. Phoen. 136 ad verba *Ἄρη δ' Αἰτωλὸν ἐν στέρνοις ἔχει*: *ὡς ἔχοντος αὐτοῦ* (Tydei) *ἐπὶ τῆς ἀσπίδος τὸν περὶ συὸς πόλεμον· Καλλίμαχος· Εἰμὶ τέρας Καλυδῶνος, ἄγω δ' Αἰτωλὸν ἄρηα·* Disputavit de hoc fragmento Meinek. Call. Cyr. Hym. p. 112 seqq.

Λύδη καὶ παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορόν epigrammatis est codici inscripti quo Antimachi Lyde continebatur. cf. Meinek. l. c. p. 296 et Hecker. Comment. de Anthol. Gr. I. p. 184.

Ad epigrammata refert etiam Rauch. Call. Aet. p. 11 anonymi poëtae distichon apud Frontonem Epist. I. p. 22:

ποιμένι μῆλα νέμοντι παρ᾽ ἴχνιον ὀξέος ἵππου
Ἡσιόδῳ Μουσέων ἑσμὸς ὅτ᾽ ἠντίασεν

assentiente Meinekio Call. p. 297 et fr. 11.

Sequuntur alia quaedam fragmenta quae ex epigrammatis sumpta esse possunt, tamen quo sententiarum junctura dicta fuerint a poëta, invenire nobis non licuit.

fr. 227: *μὴ σύγε, Θειάγενες, κόψαις χέρα Καλλιφόωντος*
fr. 242: *γράμματα δ᾽ οὐχ εἵλισσεν ἀπόκρυφα*
fr. 252: *ἦ᾽ ὅτι τὼς ὁ γέγειος ἔχει λόγος —*
... ἦχι γέγεια ...
ἄνθεα μηκωνός τε.

De Callimachi Jambis Clem. Alex. strom. v. p. 674 Pott. *Ἀπολλόδωρος δ᾽ ὁ Κερκυραῖος τοὺς στίχους τούτους ὑπὸ Βράγχου ἀναφωνηθῆναι τοῦ μάντεως λέγει, Μιλησίους καθαίροντος ὑπὸ λοιμοῦ κτλ. μέμνηται Καλλίμαχος ἐν Ἰάμβοις.* Strabo VIII, p. 353: *Μέγιστον δὲ τούτων ὑπῆρξε τὸ τοῦ Διὸς ξόανον ὃ ἐποίησε Φείδιας Χαρμίδου Ἀθηναῖος ἐλεφάντινον· ἀνέγραψαν δέ τινες τὰ μέτρα τοῦ ξοάνου, καὶ Καλλίμαχος ἐν Ἰάμβῳ τινὶ ἐξεῖπε.* Zenob. proverb. I, 31 p. 11: *Ἅρπαγὰ τὰ Κινυάρου· ταύτης μέμνηται μὲν Καλλίμαχος ἐν Ἰάμβοις.* Schol. Pind. Ol. VII, 156: *ἔστι δὲ καὶ Ἀμφορίτης ἀγὼν οὗ Καλλίμαχος μέμνηται ἐν τοῖς Ἰάμβοις.* Schol. Arist. pac. 1067: *εὐήθες ζῷον ὁ κέπφος, οὗ μέμνηται καὶ Νίκανδρος καὶ Ἄρατος περὶ τῶν Διοσημείων διαλεγόμενοι, καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἰάμβοις.* Steph. Byzant. s. v. *Ἀπέσας, ὄρος τῆς Νεμέας, ἀφ᾽ οὗ Ζεὺς Ἀπεσάντιος· Καλλίμαχος δ᾽ ἐν τοῖς Ἰάμβοις τὸ ἐθνικὸν Ἀπέσας φησί.* Certa fragmenta exstant septem v. apud Ernest. p. 455—457. Ex incertis fragmentis huc possis referre fr. 100: *τῷ γ᾽ ἐμῷ δοκῷ* quamquam hoc etiam in choliambis potuit locum habere. Item certo affirmare non licet utrum fragmentum apud Strabonem repertum IX, p. 438a: *Καλλίμαχος μὲν οὖν φησιν ἐν τοῖς Ἰάμβοις „τᾶς Ἀφροδίτας ἦ θεὸς γὰρ οὐ μία τὴν Καστνιῆτιν ὑπερβάλλεσθαι πᾶσαν τῷ φρονεῖν ὅτι μόνη παραδέχεται τὴν τῶν ὑῶν θυσίαν“* ad jambos an ad choliambos potius spectet cum utriusque generis numeri restitui possint. cf. Meinek. post Bubr. p. 167 seqq. Praeterea commemorandum est hoc loco fr. 432 Lactant. ad Stat. Theb. II, 250: Proverbium apud Argivos cum alicujus ignaviam irrederent, ut Callimachus ait, *ὡς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθελών:* Nam in his jambicum numerum exaudire sibi visus est Naekius scribens Hecal. p. 275 — *ὡς ἂν ἀσπίδ᾽ Ἀργείων ἑλών·*

De Choliambis Suid. s. v. *Διθύραμβος· καὶ Καλλίμαχος ἐν χωλιάμβοις μέμνηται αὐτοῦ (τοῦ Ἴωνος τοῦ Χίου) ὅτι πολλὰ ἔγραψεν·* Et. M. s. v. *ἅλες* p. 59, 47: *παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν χωλιάμβοις „ἐς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἁλέες δεῦτε, ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ πρὸ τείχους ἱερὸν ὁμοῦ δεῦτε·* Choeroboscus apud

Cram. Anecd. Ox. II, p. 277: *Χέλλων· ἔστι δὲ ὄνομα κύριον, διὰ τοῦ ι γράφεται, ἐπεὶ δὴ εὕρηται καὶ ἐν συστολῇ παρὰ Καλλιμάχῳ οἷον Σόλων ἐκεῖνος δ' ὡς Χίλων ἀπέστειλεν, ἔστι δὲ χωλίαμβον·* Fragmenta quae huc faciunt, Meinekius collegit et emendavit post Babrium p. 153—168. Possis praeterea his adscribere fr. 360: Zenob. proverb. V, 66: *πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται· τοῦτο παρὰ Καλλιμάχῳ ἐπὶ τῶν ἀπλήστων πτωχῶν*, si legas — *οὐ πίμπλαται || πτωχοῦ πήρα·* Et. M. 504, 12: *Κεραϊστής: τόπος Μιλήτου ἀπὸ τοῦ τὸν Ἀπόλλωνα κέρατα τοῦ ἄρρενος, τράγου ἀμελγομένου ὑπ' αὐτοῦ, πῆξαι ἐκεῖ ὡς Καλλίμαχος·* Codd. Paris. et Havn. 1971 addunt *ἐν Ἰάμβοις·* Verba *ἐν Ἰάμβοις* quae agnoscit etiam Gud. docent hym. in Apoll. non respici. Putem *κεραϊστής* finem esse choliambi. Gaisf.

Μέλη (Suidas) diversissimis perscripta sunt metris. Horum nonnulla inter epigrammata leguntur quae sunt no. 39; 40; 41; 42; 50. Multo plura scripsisse Callimachum fragmenta docent quorum huc pertinent fr. 114:

ἀναῦς ἃ τὸ μόνον φέγγος ἐμὶν τὸ γλυκὺ τᾶς ζόας
ἅρπαξας, ποτὶ τὲ Ζανὸς ἰκνεῦμαι λιμενοσκόπω

Notabis in his pronominis formam *τὲ* cujus praeter hoc unicum modo exstat exemplum apud Theocr. I, 5 — *ἐς τὲ καταρρεῖ || ἃ χίμαρος* ubi v. Meinek. Theocr. p. 171.

fr. 115: *ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας ἀπ' οἰνηρῆς Χίου*
ἀμφορεύς, πολὺς δὲ Λεσβίης ἄωτον νέκταρ οἰνάνθες ἄγων.

fr. 116: *ἔνεστ' Ἀπόλλων τῷ χορῷ, τῆς λύρης ἀκούω*
καὶ τῶν Ἐρώτων ἡσθόμην· ἔστι κ' Ἀφοδίτα·

fr. 117: *Ἑρμᾶς ὅπερ Φεραῖος αἰνέει θεὸς*
ἔμμι τῶ φυγαίχμα

fr. 418: *ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος*
τὴν δή φασι τέκοντες
εὐναίους δαρισμοὺς
ἔχει ἶσον ὀλέθρῳ

quorum in secundo versu *δή* scripsimus pro *οἱ* cum Meinek. Anal. Alex. p. 227.

fr. 146: *ἀγέτω θεὸς οὐ γὰρ ἔχω δίχα τῶνδ' ἀείδειν*
Νύμφα, σὺ μὲν ἀστερίαν ὕφ' ἅμαξαν ἤδη
φιλωτέρα ἄρτι γάρ οἱ Σικέλα μὲν Ἔννα.

fr. 191: *Τόν με παλαιστρίταν ὁμόσας θεὸν ἑπτάκις φιλήσειν*

Μελῶν est etiam Branchus quod carmen una cum fragmento commemoratur ab Hephaest. p. 30: *καὶ τῷ πενταμέτρῳ Καλλίμαχος ὅλον ποίημα τὸν Βράγχον συνέθηκεν· Δαίμονες εὐῦμνότατοι, Φοῖβέ τε καὶ Ζεῦ, Διδύμων γενάρχαι·* Et. M. 272, 45: *Διδμαῖος ὁ Ἀπόλλων καὶ Διδυμεύς· ἀπὸ τῶν ἐν Μιλήτῳ Διδύμων· Καλλίμαχος·*

Φοῖβέ τε καὶ Ζεῦ Διδύμων γενάρχα

Praestat *γενάρχα* ut pote dualis.

Callimachum etiam tragoedias satirica dramata comoedias composuisse unus testis est Suidas fragmentis deficientibus. Tamen cur Naekius opusc. I, p. 43 n. 47 satirica dramata, Meinekius Hist. Com. Gr. p. 479, 11 comoedias Callimacho abrogandas esse censuerint, nos latet causa. Nam quod Meinekius dicit: „Callimachum quoque comoedias scripsisse Suidas memoriae prodidit, sed hujus testimonii fides nescio an eo elevetur, quod eundem etiam tragoediarum auctorem fuisse perhibet," num ea lex ut qui probus velit poëta existere, is unico modo artis poëticae generi colendo se dedat qua de re agit Plato Repub. III, 395, 13 Alexandrino quod vocant aevo etiamtum auctoritate valuerit, vald dubitamus. Et eo magis dubitandum est, quoniam antea vidimus Callimachum omnia quae dramaticam poësin antecedunt artis poëticae genera pertractasse, eum poëtam epicum elegiacum jambicum lyricum fuisse.

Μουσεῖον utrum ligato an soluto sermone perscriptum fuerit dubitatur. cf. Kuster. Thes. Gron. t. VIII, p. 2768 seqq. Heker p. 23 seqq. Nos quidem id carmem fuisse statuerimus. Nominatur enim hoc opus eo ipso loco ubi poëmatis Callimachi enumeratis ad prosa oratione scripta recensenda transit. Sequuntur Museum statim *πίνακες* vel litterati indices, procul dubio maxime insigne a Callimacho pedestri oratione compositum opus. Quodsi Museum vere soluto sermone conscriptum fuisset, non apparet cur hoc certe levioris momenti opus litteratis indicibus praemiserit Suidas, quos vel maxime decebat agmen ducere. Quaeritur nunc quod fuerit hujus carminis argumentum. Qua de re doctorum virorum sententiae in diversissima abiere. Has hic enumerare cum parum nobis esse videatur fructuosum, nostram continuo opinionem depromamus. Putamus enim Callimachum hoc carmine Musarum fanum in Helicone monte exstructum et multis artis operibus egregie exornatum descripsisse de quo agit Pausan. IX, 30. Idem de certamine Musico cui Thespienses praefuerunt loquitur IX, 31, 3: *περιοικοῦσι δὲ καὶ ἄνδρες τὸ ἄλσος καὶ ἑορτήν τε ἐνταῦθα οἱ Θεσπιεῖς καὶ ἀγῶνα ἄγουσι Μουσεῖα*· De hoc Heliconio Museo scripsit etiam Amphion Thespiensis Athen. XIV, p. 629a: *Ἀμφίων δὲ ὁ Θεσπιεὺς ἐν δευτέρῳ περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι μουσείου ἄγεσθαί φησιν ἐν Ἑλικῶνι ὀρχήσεις μετὰ σπουδῆς παρατιθέμενος ἀρχαῖον περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι ἀγῶνος* schol. Il. N. v. 21. Et Alcidamantem etiam de hoc fano commentatum esse suspicutus est Bergk. in Anal. Alex. part. I. Marburg. 1846 p. 20 nitens Pausaniae verbis IX, 31: *ὡς φησιν Ἀλκιδάμας ἐν Μουσείῳ*. Fragmenta non sunt servata. Conjeceris huc facere Servii verba ad Virg. ecl. X, 12: „Callimachus Aganippen fontem dicit esse Permessi fluminis" quae Bentlejus ad opus de fluviis refert. At vero ille cum scholiasta ad Juven. VII, 6 annotante: „Aganippe locus in Boeotia sacer Musis. Callimachus tamen

dicit fontem esse Permessi fluminis“ Servii verborum sensum non perspexisse videtur. Nam recte Hecker. comment. crit. de Anthol. Gr. p. 180: Callimachus non dixit flumen Permessum ex Aganippe oriri, sed Aganippen fontem filiam esse Permessi fluminis eamque fortasse hoc loco *Περμησσίδα* dixerat ut Martial. I, 76. 11; VIII, 70, 3; Ovid. Fast. v. 7 Permessidos Hippocrenes.

Illo loco ubi de epigrammatis egimus, etiam commemoranerat *Γραφεῖον* quod ex aliquo loco cod. Reg. 1773 a Duebnero in lucem protracto cum fragmento aliquot versuum cognoscimus. Verba haec sunt: *καὶ γὰρ Καλλίμαχος περὶ Ἀρχελάου ἐν τῷ Γραφίῳ φησὶν, εἵλκυσέ τε δριμύν τε χόλον κυνὸς, ὃς ἐπ' ἀμφοτέρων ἰὸν ἐχεῖ στομάτων, ὀξύντερον κέντρου σφηκός.* Sub *Ἀρχελάου* delitescere nomen Archilochi perspexit Bergk. Comment. critt. specim. Marburg. 1844. p. 16. Corruptissimi versus multo emendatius leguntur in anal. gramm. V, 28 ed. Keil. *Ἴαμβος· ἢ παρὰ τὸ ἰὸν βάζειν, ὅπερ ἐστὶν ἰοῦ καὶ πικρίας ἀνάμεστα ῥήματα λέγειν· Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ ὁ ποιητὴς Καλλίμαχος· καὶ γὰρ περὶ τοῦ Ἀρχιλόχου λέγων ἐν τῷ Γραφίῳ φησὶν οὕτως.*

Εἵλκυσέ τε δριμύν τε χόλον κυνὸς ὀξύ τε κέντρον
σφηκὸς, ἀπ' ἀμφοτέρων δ' ἴον ἔχει στομάτων·

quae omnia sana sunt conjunctione *τέ* excepta post *εἵλκυσε* posita quam recte mutavit Schneidewin. in Philol. Gott. III, 536 in *δὲ*. Pro *ἐν τῷ Γραφίῳ* vel *ἐν τῷ Γραφείῳ* quod restituit Dübner. in append. Hesiod. p. 44 scribi maluit Bergk. l. c. p. ead. *ἐν τῷ Γρίφῳ*. Tamen contendere audeamus titulum *Γραφεῖον* recte se habere sic eum explicare studentes. Etsi enim Bernh. hist. gr. litt. II, p. 157: suo jure monuit falsum esse Welckerum in cycl. ep. I, p. 8: opinantem notos illos litteratos indices nihil aliud fuisse atque epigrammatum corpus auctorum nomina et originem indicantium et operum argumenta paucis describentium tamen hoc concedendum videtur, nonnullis iisque maxime insignibus poëtarum operibus, etsi ea jam in litteratos indices recepta erant, talia epigrammata Callimachum praescripsisse ex quorum numero adhuc servata sunt ep. 6 Creophyli *Οἰχιαλίας ἅλωσει* et ep. 29 Arati carminibus et fr. 441 Antimachi Lydae praeposita. Ex ejusdem autem generis epigrammate decerptum esse anguramur hoc *Γραφείου* fragmentum cum manifestum sit Archilochiam poësin eo depingi. Quosi recte conjectum est, inde altera de *Γραφείου* natura capitur conjectura. Existimamus enim *Γραφεῖον* illorum quae modo descripsimus epigrammatum peculiarem fuisse collectionem, dictum autem hoc opus esse *Γραφεῖον* propterea quoniam quae continebat epigrammata, ea poëtarum patriam ortum indolem summis lineis adumbrabant. Restat ut de iis Callimachi carminibus loquamur de quibus nil certi constat.

Ἀρκαδία Suidas. *Ἀρκαδίαι* VE. Hecker. l. c. p. s. scribi vult *Ἀρκαδικά*. At causa latet. Cum hujus carminis titulus tantum aetatem tulerit, sola conjectura confidendum est. Credimus Callimachum hexametris Arcadiae naturam et conditionem descripsisse, de incolarum ortu et vivendi ratione exposuisse qui dei potissimum Arcadiae faveant et ab Arcadibus colantur narrasse. Ernestius p. 426 huc traxit scholiastae verba ad Hom. Il. *Σ* v. 487 quibus Callimachum ait de Callisto a Jove compressa et deinde in stellas relata locutum esse. Non repugnamus.

Ἐλπίδας scripsisse Callimachum etiam ex Suida tantum suppetit testimonium cui num sit fides habenda incertus fluctuat Blomf. praef. p. XII. Fidem non esse abrogandam testificatur alius Suidae locus s. v. *Θεόκριτος· τινὲς δε ἀναφέρουσιν εἰς αὐτὸν καὶ ταῦτα, Προιτίδας, Ἐλπίδας, Ὕμνους, Ἡῳῖνας, Ἐπικήδεια μέλη, Ἐλεγείας, Ἰάμβους καὶ Ἐπιγράμματα* unde apparet alios *Ἐλπίδων* auctorem habere Theocritum. Verosimile est hoc carmen elegiacum fuisse. Si hariolari licet, huc retuleris fr. 134: ... *οὐδ' ὧδ' ἐμόγησαν*

ἐλπίδες ὥστ' ἐχθρῶν συμμαχίας καλέσαι

Hoc suspicati sumus multo prius quam Rauchium legissemus qui in Callim. Aet. frag. p. 8 eandem in conjecturam incidit.

Transeamus ad prosa oratione a Callimacho scripta consideranda. Horum primum a Suida memorata recensebimus, enndem ordinem quo ille usus est sequentes, tum ea quorum a Suida praetermissorum ab aliis scriptoribus mentio inicitur.

Omnium prosa oratione a Callimacho scriptorum maxime insigne opus fuerunt *Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν, βιβλίοις κ' καὶ ρ'* quem titulum praestat Suidas. Hi *πίνακες* vel litterati indices catalogus erant Ptolemaeorum munificentia congestorum et in Musei bibliotheca (cf. Ritschl. corollar. ad disputat. de bibl. Alex. p. 31) depositorum operum. Primum auctoris nomine edito et si de eo dubium erat hoc monito (Diog. Laërt. IX, 23) vita ejus breviter describebatur. Scriptoris nomen titulus operis sequebatur cujus si duplex erat, uterque litteris consignabatur. (Athen. XI, 496) Tum libri initium (Athen. eod. loc.) indicabatur. Num etiam brevis argumenti enarratio cuicunque operi adjecta sit, id quod suspicati sunt Meier in prooem. aest. Hal. 1836 p. XI. et Wachsmuth in Philol. Gott. XVI, p. 665 sqq. merito licet addubitare. Verosimile est cum hoc munere Callimachum conjunxisse simul illud quod singulis voluminibus titulos inscribebat.

Nimirum litterati indices in multas classes divisi erant, omnes, ut ex servatis fragmentis videmus, secundum dicendi genera factas. Suus igitur *πίναξ* erat tragicis (schol. Vatican. ad Eurip. Androm. 446 p. 288 ed. Cobet), suus comicis (Athen. VIII, p. 336e; id. XI, p. 496e; schol. ad Aristoph. nub. v. 552)

suus lyricis (schol. Pind. Pyth. II, Cram. Anecd. Ox. p. 254. Choerobosc. p. 115, 15 Gaisf.); suus oratoribus (hujus partis titulus peculiariter nominatur ab Athen. Athen. XV, 669d: *τοῦ Χαλκοῦ ποιητοῦ, καὶ ῥήτορος Λιονυσίου — Χαλκοῦς δὲ προσηγορεύθη διὰ τὸ συμβουλεῦσαι Ἀθηναίοις χαλκῷ νομίσματι χρήσασθαι καὶ τὸν λόγον τοῦτον ἀνέγραψε Καλλίμαχος ἐν τῇ τῶν ῥητορικῶν ἀναγραφῇ*; alia fragmenta v. apud Harpocr. s. v. *ἐνεπίσκημμα*· schol. Aristoph. av. 642; Dionys. Halicar. de Dinarh. p. 630R; id. p. 693R; id. de Demosth. vi dicend. p. 994R, id. de Isaeo p. 594R. Phot. bibl. p. 491, 629); suus historiarum scriptoribus (Athen. II, 70a); suus philosophis (Athen. VI, p. 352c; Diog. Laërt. VIII, 86; id. IX, 225 sqq.; Proclus in Parmen. p. 5. Cousin; Harpocrat. s. v. *Ἴων· τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν σύνταγμα* ut bene correxit Meinek. Call. Cyr. hymn. praef. p. XV.

Alia *πινάκων* pars fuit: *παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίναξ* vel *ὁ παντοδαπῶν πίναξ* quem utrumque titulum debemus Athen. XIV, 643e et VI, 244a. Qua quidem parte miscella litteratura continebatur (v. Ritschl. coroll. ad Disputat. de bibl. Alex. p. 38). Fragmentum unum praeter ea quae modo citavimus exstat etiam apud Athen. I, p. 4d. Ejusdem generis scriptores alphabetico ordine compositi erant id quod concluditur e testimonio Athen. XIV, p. 643: *πλακουντοποιϊκὰ συγγράμματα Αἰγιμίου καὶ Ἡγησίππου καὶ Μητροβίου, ἔτι δὲ Φαίστου* ubi hanc dispositionem usurpatam videmus.

Item singulorum auctorum opera in universum secundum litteras digesta erant cum Theophrasti librorum index a Diog. Laërt. V, p. 41—50 prolatus qui Hermippum secutus est (cf. Usener. anal. Theophr. p. 24) totum se ad Callimachi imitationem componentem (Preller in Jahn. ann. 1836 p. 169) litterarum ordine constitutus sit. Accedit aliud quod Aeschyli dramata in codice Mediceo et Euripidis in statua ejus apud Winckelmann. monum. ined. p. 168 alphabetico ordine enumerantur. Tamen Callimachus ubi hoc melius videbatur, divisionem etiam secundum materiam factam praetulit veluti Simonidis et Pindari carmina hoc modo ordinata erant. v. Schneidew. exercitatt. critt. p. 20 et ad Eustath. prooem p. 25 et de Leutsch in Philol. Gotting. XI, p. 19). Per se subsistens opus fuit, nec *πινάκων* classis: *πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους ἀπ᾽ ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων* qui index fuit scenicorum et lyricorum poëtarum eorumque operum ad didascaliarum exemplar compositus.

Nec minus peculiaris liber fuisse censendus est: *πίναξ τῶν νόμων* id quod recte vidit Wachsmuth. in Philol. Gott. XVI, p. 660. Nominatur hoc opus ab Athenaeo simul uno fragmento servato XIII, 585b.: *Ἐμμελὴς δ᾽ ἦν πάνυ ἡ Γνάθαινα καὶ οὐκ ἀνάστειος φθέγξασθαι ἥτις καὶ νόμον συσσιτικὸν συνέγραψε*

καθ' ὃν δεῖ τοὺς ἐραστὰς ὡς αὐτὴν καὶ τὴν θυγατέρα εἰσιέναι, κατὰ ζῆλον τῶν τὰ τοιαῦτα συνταξαμένων φιλοσόφων· ἀνέγραψε δ' αὐτὸν Καλλίμαχος ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων καὶ ἀρχὴν αὐτοῦ τήνδε παρέθετο „ὅδε ὁ νόμος ἴσος ἐγράφη καὶ ὅμοιος στίχων τριακοσίων εἴκοσι τριῶν."

Μηνῶν προσηγορίαι κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις· Suidas. Nihil aliud scimus de hoc opere nisi hunc titulum. Fieri potest ut id quod Fabricius B. G. III, p. 483 suspicatus est, pars fuerit hoc opus *ἐθνικῶν ὀνομασιῶν* de quibus infra agetur.

Κτίσεις νήσων καὶ Πόλεων καὶ μετονομασίαι. Etiam hoc opus tantum ex Suidae traditione nobis notum est. Neque certa in promptu sunt fragmenta. Tamen ex incertis quae Bentlejus congessit fragmentis plura huc pertinere videntur.

fr. 333: *Μάγνησσα*; fr. 368: Steph. Byz. s. v. *Πάρος, νῆσος, ἡ τοὔνομα λέγεται ἀπὸ Πάρου τοῦ Παρασίου ἀνδρὸς Ἀρκάδος ἔχειν, ὡς Καλλίμαχος.*

fr. 394: Plin. h. n. IV, c. XII: Ipsam (Andron) Myrsilus Cauron; deinde Antandron cognominatam tradit; Callimachus Lasiam; alii Nonagriam, Hydrussam, Epagrin. fr. 395: Plin. ibid. Telos unguenta nobilis a Callimacho Agathussa apellata; fr. 396: Plin. ibid. Melos cum oppido, quam Aristides Byblida appellat, Aristoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Sophnum et Acyton. fr. 397: Plin. ibid. Samothrace. Callimachus eam antiquo nomine Dardaniam vocat. fr. 407: Serv. ad Virg. Aen. III. 16, p. 161 ed. Lion. Aenum oppidum Thraciae Euphorion et Callimachus hoc dicunt etiam, quod Aenum dicitur a socio Ulyssis illic sepulto, eo tempore quo missus est ad frumenta portanda.

Περὶ τῶν ἐν Οἰκουμένῃ ποταμῶν Suid. Alium libri titulum praestat Strab. IX, p. 397 qui vocat eum *συναγωγὴν τῶν ποταμῶν.* Veterum testimoniis duae operis partes confirmantur quamquam plures fuisse per se patet.

Alterius partis titulum ipse Suidas perhibet: *περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν* (cf. Voss. hist. gr. p. 128; Hecker. l. c. p. 2). Inde decerpta esse videntur quae dicunt Strabo IX, p. 397: *οἷον ἐν Συναγωγῇ ποταμῶν ὁ Καλλίμαχος γελᾶν φησιν εἴτις θαρρεῖ γράφειν, τὰς τῶν Ἀθηνῶν παρθένους „ἀφύσσεσθαι καθαρὸν γάνος Ἠριδάνοιο" οὗ καὶ τὰ βοσκήματ' ἀπόσχοιτ' ἄν·* Pind. Ol. II, 29 (fr. 361) *παρὰ Γέλλᾳ τῷ Σικελιωτικῷ ποταμῷ οὗ Καλλίμαχος μέμνηται.*

Altera pars: *περὶ τῶν κατ' Ἀσίαν ποταμῶν* commemoratur a scholiasta ad Apoll. Rhod. I, v. 1165: *Καλλίμαχος δὲ ἱστορεῖ περὶ τοῦ ποταμοῦ (Ῥυνδάκου) ἐν τῷ περὶ κατ' Ἀσίαν ποταμῶν* cujus de hoc fluvio versum servatum esse putat Hecker. l. c. p. 3 a schol. Ven. Hom. Il. VIII, v. 759: *Ῥύνδακον ἀμφὶ βαθύσχοινον.* Pertinent huc etiam verba schol. Apoll. Rhod. II, 906:

Καλλίχορος, ποταμὸς Παφλαγονίας, ἱερὸς Διονύσου, περὶ Ἡράκλειαν οὗ μέμνηται Καλλίμαχος.

Propter Plinii traditionem h. n. V. c. 4: „Ab his non procul a continente palus vasta amnem Tritonem nomenque ab eo accipit, Pallantias appellata Callimacho et citra minorem Syrtin esse dicta", divinamus alii operis partis titulum inscriptum fuisse: *περὶ τῶν κατὰ Λιβύην ποταμῶν.*

Θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν καὶ τόπους ὄντων συναγωγή. Suidas quocum facit Eudoc. Viol. p. 269. Simpliciorem titulum *Θαυμάσια* exhibet Steph. Byzant. s. v. *Κράνιον· ἐν ταύτῃ δύο κόρακας εἶναι φασι μόνους ὡς Καλλίμαχος ἐν τοῖς Θαυμασίοις καὶ Θεόπομπος ὅταν κτλ.* Antig. Caryst. hist. nat. c. 144 vocat hoc opus *ἐκλογὴν τῶν παραδόξων (πεποίηται δέ τινα καὶ ὁ Κυρηναῖος Καλλίμαχος ἐκλογὴν τῶν Παραδόξων ἧς ἀναγράφομεν ἅποτε ἡμῖν ἐφαίνετο εἶναι ἀκοῆς ἄξια.* Paradoxographorum quos vocant inter Alexandrinos, antiquissimus de quo notitia ad nos pervenit est Callimachus qui etsi hujus litterarum generis pro conditore non habendus est, tamen ad excolendam et perpoliendam paradoxographiam plurimum contulit. cf. Wersterm. Paradox. Gr. praef. p. XI. seqq. In opere autem suo Callimachus non quae ipse oculis usurpaverat, tractavit, sed quaecunque in aliorum scriptis mirabilia pervestigaverat, in suum usum convertit. Sunt quibus utitur, Amometus, Aristoteles, Ctesias, Eudoxus, Heraclides, Lycus, Megasthenes, Nicagoras, Phanias, Philon, Pindarus, Polycritus, Theophrastus, Theopompus, Timaeus, Zenophilus ut ex Antigon. Caryst. mem. videmus. Opus in multas classes divisum fuit quibus titulos suppeditarunt aut terrae aut res ipsae in quibus mirabilia observata erant. Partium harum primum eos titulos volumus in medium proferre de quibus veterum testimonia fidem faciunt, tum quos conjectura adjicere licet.

Περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων Suid.

Qui sequentur tituli non ita velimus praecipuas operis partes indicare, sed alius fortassis fuerunt primariae partis subdivisiones.

Περὶ δε τῶν ποταμῶν καὶ κρηνῶν Ant. Caryst. l. c. c. 148. Exstant fragmenta septendecim quorum quattuor pertinent ad fluvios, ad fontes tredecim.

Περὶ δὲ λιμνῶν Id. l. c. c. 165. Relicua sunt fragmenta octo.

Περὶ τῶν αὐτῶν. Id. l. c. c. 174. Haec depravata esse verba recte perspexit Bentlejus. At quod correxit *περὶ δὲ αὐτῶν ὑδάτων*, falsus esse nobis videtur. Melius est scribere *περὶ (δὲ) τῶν ἄλλων ὑδάτων* quam recte se habere emendationem documento est quod hujus partis fragmenta ab Antigono allata de mirabilibus potissimum agunt, quae observari possunt in puteis vel aliis exiguis aquis quae nominibus fluvii vel fontis vel lacus comprehendi non possunt. Supersunt fragmenta octo.

Περὶ δὲ πυρός Id. l. c. c. 182 uno relicto fragmento.

Περὶ δὲ λίθων Id. l. c. c. 184 item uno servato fragmento.

Περὶ δὲ φυτῶν Id. l. c. c. 185. Sic recte Bentlejus pro *περὶ δὲ τούτων*. Exstant fragmenta tria. Poteris huc fortassis referre fr. 400 Plin. h. n. XXV. 13.

Περὶ δὲ τῶν ζῴων Id. l. c. c. 188 quemadmodum bene correxit Meursius cum antea scriptum esset: *περὶ τῶν Κῶων*. Reperiuntur hujus partis tria fragmenta.

Restant fragmenta sex quae etsi ex *Θαυμασίων* opere decerpta esse constat, tamen sub certo titulo non sunt servata. Duo debemus Stephano, quattuor Antigono.

Steph. Byz. s. v. *Κράνων· ἐν ταύτῃ δύο κόρακας εἶναί φασι μόνους ὡς Καλλίμαχος ἐν Θαυμασίοις καὶ Θεόπομπος· ὅταν δ' ἄλλους ἐκνεύσσωσιν, ἴσους αὐτοὺς καταλιπόντες ἀπέρχονται* quae ad titulum *περὶ δὲ τῶν ζῴων* pertinere videntur.

Id. s. v. *Θήβη· κατὰ τὰς Αἰγυπτίας Θήβας ἐστὶ σπήλαιον ὃ ταῖς μὲν ἄλλαις ἡμέραις πληροῦται ἀνέμου, κατὰ δὲ τὰς τριακάδας οὐ πνεῖ παντελῶς.* Propter hoc fragmentum conjecerimus Callimachum scripsisse etiam *περὶ δὲ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ παραδόξων καὶ Θαυμασίων*.

Fragmenta ab Antigono conservata l. c. c. 144: *Φησὶ Καλλίμαχος Εὔδοξον ἱστορεῖν, ὅτι ἐν τῇ κατὰ ἱερὸν ὄρος θαλάττῃ τῆς Θράκης ἐπιπολάζει κατά τινας χρόνους ἄσφαλτος, ἡ δὲ κατὰ χελιδόνας, ὅτι ἐπὶ πολὺν τόπον ἔχει γλυκείας πηγάς.* l. c. c. 145: *Θεόφραστον δὲ τὴν περὶ Αἰόλου νήσους ἀναζεῖν οὕτως, ἐπὶ δύο πλέθρων τὸ μῆκος, ὥστε μὴ δύνατον εἶναι διὰ τὸ θερμάζειν εἰσβαίνειν εἰς ταύτην.* l. c. c. 146: *ἐκ δὲ τῆς κατὰ Δημόνησον τῶν Χαλκηδονίων, τοὺς Κολυμβητὰς ἀναφέρειν ἐν δύο ὀργυιαῖς χαλκὸν ἐξ οὗ καὶ τοὺς ἐν Φενεῷ τοὺς ὑπὸ Ἡρακλέους ἀνοτιθέντας ἀνδριάντας εἰργάσθαι* l. c. c. 147 *Μεγασθένην δὲ τὸν τὰ Ἰνδικὰ γεγραφότα, ἱστορεῖν ἐν τῇ κατὰ Ἰνδικὴν θαλάττῃ δένδρεα φύεσθαι* iterum novum titulum nobis praebent. Cum enim haec *Θαυμάσια* in mari cernantur et Callimachum sciamus de mirabilibus in ceteris aquis commentatum esse existimaverimus eum etiam *περὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ Θαυμασίων* vel *περὶ δὲ τῶν θαλασσῶν* scripsisse. Memorentur praeterea alia quaedam fragmenta quae etsi ambiguum est qua in *Θαυμασίων* particula locum habuerint, tamen ea redolere nobis videntur. Sunt fr. 399 Plin. h. n. VII, 47: Consecratus est vivus sentiensque oraculi ejusdem (Delphici) jussu, et Jovis Deorum summi adstipulatu Euthymus pycta, semper Olympiae victor et semel victus. Patria ei Locri in Italia. Ibi imaginem ejus, et Olympiae alteram, eadem die tactam fulmine, Callimachum, ut nihil aliud, miratum video: ad eumque jussisse sacrificari quod et vivo factitatum et mortuo. Nihilque adeo mirum aliud quam hoc placuisse Diis.

fr. 413 Joh. Tzetz. Chiliad. IV, n. 138:

καὶ τί φημί σοι τὰ φυτά; Ῥόδιόν ἐστιν ὄρος
τὴν κλῆσιν Ἀταβύριον, χαλκᾶς πρὶν ἔχον βόας
αὖ μυκηθμὸν ἐξέπεμπον, χωρούσης Ῥόδῳ βλάβης·
Πίνδαρος καὶ Καλλίμαχος γράφει τὴν ἱστορίαν.

fr. 415: Phlegon de Mirabilibus c. 4: *Ἱστορεῖ δὲ Ἡσίοδος καὶ Λικαίαρχος καὶ Κλείταρχος καὶ Καλλίμαχος καὶ ἄλλοι τινὲς περὶ Τειρεσίου τάδε.* Sequitur fabula de Teiresia et sequentibus coëuntibus.

fr. 416 Id. c. 5: *οἱ αὐτοὶ ἱστοροῦσι κατὰ τὴν Λαπίθων χώραν κτλ.* De Caenide muliere in virum mutata.

Περὶ ἀνέμων opus innotuit tantum ex Suida. Trahimus huc cum Bentlejo fr. 35 (Achill. Tat. Isagog. in Arat. 15) *καὶ τοὺς ἐκ νεφῶν λέγουσιν εἶναι ἀνέμους καὶ καλεῖσθαι Ἐκνεφίας· τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς γῆς, Ἀπογείους, τοὺς δὲ ἀπὸ ποταμῶν, Ἐνυδρίας· τοὺς δὲ ἀπὸ κόλπων, Κολπίας· ἀπὸ δὲ ὀρῶν, Ὀρίας ἢ Ὀρεστίας· καὶ γὰρ παρ' Ἀριστοτέλει ἐν τῷ περὶ Ἀνέμων καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ ὀνομάζονται.* Ceterum videmus etiam in hoc libro componendo Callimachum Aristotelis vestigia legisse.

Περὶ ὄρνεων Suid. Et. M. 675, 29. Schol. Apoll. Rh. I, 1049. Athen. IX, p. 389. 394. 399. Isaack. Tzetz. ad Lycoph. Alex. p. 82. *περὶ ὀρνίθων* Athen. IX, p. 388. Immerito hunc librum a juniori Callimacho compositum esse autumat Voss. hist. gr. p. 129. Servata sunt fragmenta sedecim. v. Bentl. collect. apud Ernest. p. 468 seqq. Possis huc etiam revocare quae exhibentur in Cram. Anecd. Paris. I, 39: *περὶ Κέπφου· κέπφον δὲ ἕτερον ὄρνεον ἐκ τῆς κουφότητος οἱ ἁλιεῖς ὀνομάζουσι· τὸ γὰρ ὕδωρ ἄκρον τοῖς ποσὶν ἐπιτρέχει καὶ σημαίνει τοῖς ἁλιεῦσιν ἐπιτυχίας κτλ.* Cram. Anecd. Paris. IV, 146: *Κέμφος· εἶδος ὀρνέου κόυφου ἐξ οὗ καὶ κομφωθείς.*

Ὑπομνήματα quorum ab Suida inicitur mentio, *ἱστορικά* fuisse colligas ex verbis Athenaei III, p. 95, fr. *ὅτι δὲ ὄντως Ἀφροδίτη ὗς θύεται μαρτυρεῖ Καλλίμαχος ἢ Ζηνόδοτος ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι γράφων ὧδε „Ἀργεῖοι, Ἀφροδίτῃ ὗν θύουσι καὶ ἡ ἑορτὴ καλεῖται ὑστήρια.* Praeterea *ὑπομνήματα* commemorantur ab Harpocrat. s. v. *Ἄκη· πόλις αὕτη ἐν Φοινίκῃ ἣν Νικάνωρ ὁ περὶ μετονομασιῶν γεγραφὼς καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι τὴν νῦν Πτολεμαΐδα καλουμένην φασὶν εἶναι.* Scholl. Apoll. Rh. I, 116: *Ἀπολλόδωρός φησι Νηπείας, πεδίον ἐν Φρυγίᾳ· ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν ἐν Ὑπομνήμασι Νέμεσιν εἶναι τὸ πεδίον κατέχουσαν·* Eustath. ad Od. *μ.* p. 478 *καὶ Καλλίμαχος ἐν Ὑπομνήμασι τὴν Ἄρτεμιν ἐπιξηνωθῆναί φησιν Ἐφέσῳ τῷ Καΰστρῳ κτλ.* Conjecit Bernh. Eratosthen. p. 32 cui assentitur Naek. Hecal. p. 198. fr. 39 (Strab. I, p. 44 et VII, p. 299) *Γαῦδος, Καλυψοῦς νῆσος· Κόρκυρα, Σχερία* ad haec hypomnemata referendum esse.

Νόμιμα βαρβαρικά Suidas s. v. *Φασηλιτῶν θῦμα ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ ἀναίμων τίθεται· Φασηλίτας γὰρ τάριχον τῷ Καλαβρῷ θύειν φησὶ Καλλίμαχος ἐν βαρβαρικοῖς νομίμοις.* Partem hoc opus fuisse *πινάκων τῶν νόμων* suspicatus est Hecker. l. c. p. 84 cui assensum non tulerimus quoniam haec sententia ipsi *πινάκων* naturae repugnat. *Νόμιμα βαρβαρικά* procul dubio fuere per se subsistens opus. Fragmenta desunt. Usus erat Callimachus Aristotelis opere. V. Schneidew. in Heraclid. Polit. p. 67.

Ἐθνικαὶ ονομασίαι Athen. VII, 329a. *Καλλίμαχος δ' ἐν ἐθνικαῖς ὀνομασίαις γράφει οὕτως· Ἐγκρασίχολος, ἐρίτιμος· Χαλκηδόνιοι· τριχίδια· Χαλκὸς ἴκταρ, ἀθερίνη· ἐν ἄλλῳ δὲ μέρει καταλέγων ἰχθύων ὀνομασίας φησὶν Ὄζαινα, ὀσμύλιοι· Θούριοι· ἴωπες· ἐρίτιμοι· Ἀθηναῖοι·* Eustath. Od. ψ. p. 799 *τὸ δὲ παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν Ἐθνικαῖς ὀνομασίαις, ὥς φησιν Ἀθήναιος, οἷα, Ἐγκρασίχολος, τριχίδια, χαλκὶς, ἴκταρ, ἀθερίνη, ὄνομα μὲν ἰχθύος ἐξ ὀρθοῦ δηλοῖ.* Vides ex Athenaei verbis *ἐν ἄλλῳ δὲ μέρει κτλ.* librum *περὶ ἰχθύων μετονομασίας* ab Suida memoratum partem fuisse *ἐθνικῶν μετονομασιῶν* quo spectat unum fragmentum ab Hesychio allatum *Ἴωψ· ἰχθὺς ποιὸς παρὰ Καλλιμάχῳ.*

Τὰ πρὸς Πραξιφάνην· Vita Arati apud Buhl. Vol. I, p. 4 *μέμνηται γοῦν αὐτοῦ (τοῦ Ἀράτου) καὶ Καλλίμαχος ὡς πρεσβυτέρου οὐ μόνον ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πρὸς Πραξιφάνην, πάνυ ἐπαινῶν αὐτὸν ὡς πολυμαθῆ καὶ ἄριστον ποιητήν·* Praxiphanes hic commemoratus peripateticus fuit et Theophrasti discipulus ac sodalis v. Procl. in Plat. Tim. ed. Basil. a. 1534 p. 5. Procl. in Prolegg. ad Hesiod. p. 359 ed. Gaisf. Vit. Aristot. apud Menag. Diog. Laërt. V, p. 201. Quo natus sit loco, dubium est cum Clem. Alex. I, p. 365: *ὠνομάσθη δὲ γραμματικὸς ὡς νῦν ὀνομάζομεν, πρῶτος Πραξιφάνης, Διονυσοφάνους, Μιτυληναῖος* eum Mitylenaeum appellet, Strab. XIV. p. 655: *Τῶν περὶ λόγους καὶ φιλοσοφίας ὅτε Παναίτιος αὐτὸς καὶ Στρατοκλῆς καὶ Ἀνδρόνικος ὁ ἐκ τῶν περιπάτων καὶ Λεωνίδης ὁ Στωϊκὸς, ἔτι δὲ πρότερον Πραξιφάνης καὶ Ἱερώνυμος* quem sequitur Epiphanius adv. Haeres. III, t. II, p. 1090. B. inter illustriores Rhodios numeret. At hoc vere constat Praxiphanem de artis grammaticae tractatione vel optime meritum esse ut videre est ex Cram. Anecd. Ox. IV, p. 411: *διαφέρει δὲ γραμματικὴ γραμματιστικῆς· ἡ γὰρ γραμματικὴ νεωτέρα ἀπὸ Θεαγένους· τετελέσται δὲ ἀπὸ τῶν Περιπατητικῶν Πραξιφάνους καὶ Ἀριστοτέλους* et ex verbis Clem. Alex. Strom. I, p. 365: *Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Κυμαῖος πρῶτος τοῦ κριτικοῦ εἰσηγήσατο τοὔνομα καὶ γραμματικὸς προσηγορεύθη· ἔνιοι δὲ Ἐρατοσθένην τὸν Κυρηναῖόν φασι ἐπεὶ ἐξέδωκεν οὗτος βιβλία δύο γραμματικὰ ἐπιγράψας· ὠνομάσθη δὲ γραμματικὸς ὡς νῦν ὀνομάζομεν πρῶτος Πραξιφάνης Διονυσοφάνους Μιτυληναῖος* cf. schol. Dion. Thrac. p. 729. Callimachi autem opus *τὰ πρὸς Πραξιφάνην* ad librum

spectat in quo Praxiphanes de historia poëseos et poëtarum commentatus erat id quod recte conclusisse videtur Preller. de Praxiphane Dorpat. 1842, p. 29 et ex Arati vitae verbis et ex ipsius Praxiphanis fragmento a Marcellino servato in vita Thucyd. *Βιόγρ.* ed. Wester. p. 192 *συνεχρόνισε δὲ (Θουκυδίδης) ὥς φησι Πραξιφάνης ἐν τῷ περὶ ἱστορίας Πλάτωνι μιμικῷ, Ἀγάθωνι τραγικῷ, Νικηράτῳ ἐποποιῷ καὶ Χοιρίλῳ καὶ Μελανιππίδῃ καὶ ἐπεὶ μὲν ἔζη, Ἀρχέλαος ἄδοξος ἦν ὡς ἐπὶ πλεῖστον ὡς αὐτὸς Πραξιφάνης δηλοῖ, ὕστερον δὲ δαιμονίως ἐθαυμάσθη.* Tamen hoc non concesserimus Prellero l. c. p. 7 contendenti Callimachum „adversus“ Praxiphanem scripsisse. Credimus enim de praepositione *πρός* hoc loco idem statuendum esse quod in titulo: *τὰ πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας* ita ut Callimachus Praxiphanis opus annotationibus adauxerit et quae parum recte ibi se habere videbantur correxerit. Praxiphanis discipulus, ut hoc addamus, fuit Epicurus nobilis ille philosophus. Diog. Laërt X, p. 13: *τοῦτον Ἐπίκουρον Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς Ναυσιφάνους ἀκοῦσαί φησι καὶ Πραξιφάνους.*

Callimachum philosophiae tractandae operam navavisse atque opera etiam philosophica condidisse, colligere licet ex Photii verbis bibl. I, p. 114 qui ubi de Stobaei operibus agit, haec profert: *ὁμοῦ τὰ κεφάλαια τοῦ τετάρτου νή, τῶν δὲ τεσσάρων βιβλίων σή. Οἷς παρατίθησιν, ὡς ἔφημεν, ὁ Ἰωάννης ἔκ τε τῶν ἐκλογῶν καὶ τῶν ἀποφθεγμάτων, καὶ τῶν ὑποθηκῶν δόξας τε καὶ χρήσεις καὶ χρείας· ἀγείρει δὲ τὰς ταύτας ἀπὸ μὲν φιλοσόφων, ἀπό τε Αἰσχίνου τοῦ Σωκρατικοῦ κτλ. — Καλλιμάχου — κτλ. —*

In Callimachi carmina qui commentati aut ea imitati sunt, haud pauci, ut fere fit, exstiterunt.

Interpretum nomina et quibus in operibus studia sua collocaverint, tradit Suidas s. v. *Μαριανὸς ... ἔγραψε μετάφρασιν Καλλιμάχου Ἑκάλης, Ὕμνων καὶ τῶν Αἰτίων καὶ τῶν Ἐπιγραμμάτων ἐν Ἰάμβοις ςωι* s. v. *Νικάνωρ ὁ Ἑρμείου Ἀλεξανδρεὺς γραμματικὸς γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος· — ἔγραψε περὶ στιγμῆς τῆς παρὰ Καλλιμάχου·* s. v. *Ἀστυάγης γραμματικός· τέχνην γραμματικὴν ... καὶ εἰς Καλλίμαχον ποιητὴν ὑπόμνημα·* s. v. *Ἀρχίβιος Ἀπολλωνίου γραμματικὸς τοῦ Καλλιμάχου ἐπιγραμμάτων ἐξήγησιν·* Schol. ad Aesch. Eum. v. 16 *Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήμασι Καλλιμάχου Αἰτίων β' φησί* cf. Steph. Byz. s. v. *Λωδώνη· Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β' Αἰτίων·* Et. M. s. v. *Ἀφάροτος ... ἐν ὑπομνήσει ἰάμβων Καλλιμάχου·* Eudoc. loc. p. 72, 125 seqq. s. v. *Ἀλυτάρχης ... Ἡδύλος δὲ εἰς τὴν ἐπιγραφὴν Καλλιμάχου διὰ τοῦ λλ ὀνομάζει τοὺς ἀλύτας ἀλλύτας* ubi Gaisf. et Meinek. in exercitatt. in Athen. I, 37 recte emendarunt *εἰς τὰ ἐπιγράμματα Καλλιμάχου.* Et. M.

160, p. 30: *εἴρηται παρὰ τὸ ἄστυ ὑποκοριστικῶς ἀστυρον· οὕτω Θέων ἐν ὑπομνήματι τῷ τοῦ β' Αἰτίων* i. e. *τῷ εἰς τὸ β' Αἰτίων* in commentario in secundum librum Callimachi Aetion. Sic recte Sylburgius pro depravata scriptura: *ἐν ὑπομνήματι τῶν τοῦ β' Αἰτίων.* Imitatores tam latinos quam graecos poëtas nactus est Callimachus. Inter Graecos nominandi sunt: Dionys. Perieget. cf. Bernh. Dion. Perieg. p. 499. Nonnus v. Naek. opp. I, p. 221 seqq. Ruhnk. epistol. crit. II. Apollinaris Naek. opp. I, p. 237. Gregorius Nazianzenus Naek. opp. I, p. 240 seqq. Parthenius Nicaenus Meinek. Anal. Alex. p. 277 seqq.

Inter Romanos Catullum Ovidium Propertium ad Callimachi imitationem plus minusve sese composuisse omnibus notum est. De Virgilio et Tibullo testantur Gellius n. a. IX, p. 93: „Scite igitur et considerate Virgilius aut Homeri aut Apollonii aut Parthenii aut Callimachi aut Theocriti aut quorundam aliorum locos cum effingeret, partem reliquit partem expressit" et Priscianus III, p. 482 Putsch.: „Propertius et Tibullus imitati Graecos Callimachum et Euphorionem. Callimachi ep. 32 vertit Horat. Sat. I, 2, 105 seqq. Q. Catulus apud Gellium IX, 14 imitatur ep. 43. De Proculo Ovidius Pont. IV, 16, 32:

> Cum Varro Gracchusque darent fera bella tyrannis
> Callimachi Proculus molle teneret iter seqq.

Scripsi quoque de ingenio Callimachi, sed ne nimis vastum volumen ederetur, hanc quaestionis particulam omisi.

CORIGENDA.

p. 14. l. 22. legendum est *Γ* pro *δ*.

VITA.

Equidem Maximilianus Arthurus Lincke, evangelicae fidei addictus, natus sum Chemnitzii d. 22 m. Decemb. a. h. s. 38 a patre Friederico Adolpho Lincke qui illa in urbe apothecam aliquam possidebat et a matre Friederica e gente Schmoeger. Secundum annum vix attigeram cum pater meus apotheca divendita Chemnitzium relinquere et Dresdam sese transferre constituit quo memet quoque secum abstulit. Inde cum annum septimum agerem avunculo meo Günthero Brunsvigiae consiliarii ecclesiastici munere fungenti erudiendum me tradidit qui latinae linguae prima elementa me docuit. Interim pater Merseburgensem sese contulerat ubi cum gymnasium esset, jussit me quoque eo venire. Itaque decem annos natus in illius gymnasii discipulorum numerum receptus sum unde maturitatis testimonium adeptus duodevicesimum annum agens Halam petii a. h. s. 57, ut philologicis studiis operam navarem. Perfructus sum scholis Bergkii, Bernhardyi, Leonis, Erdmanni, Pottii et al. Quibus omnibus doctissimis et praestantissimis viris hac opportunitate propalam gratias ago quam maxumas.

Nunc Regimontii Prussorum commoror in regio gymnasio Fridericiano praeceptoris subsidiarii munere fungens. —

THESES.

I. In Callim. h. in Jov. v. 12 pro *μιν* cum Meinekio scribendum esse censeo *φιν*.

II. Aeschyl. Pers. v. 146 sic refingi velim:

πῶς ἄρα πράσσει Ξέρξης βασιλεὺς
Δαρειογενὴς σθένος ἥμέτερον

III. In Theocrit. id. I v. 11 alterum hemistichium sic lego:

ιντθὰν ὅιν ὕστερον ἐξεῖς.

IV. In Horat. Sat. lib. I v, 3 vulgatam scripturam: „gravis annis“ defendo.

V. Aeschyl. Sept. v. 587 sic legerim:

ἔγωγε μὲν δὴ τήνδε πιανῶ πλάκα.

VI. Aeschyl. Suppl. vss. 440 et 441 hoc modo restituendi sunt:

πᾶσ' ἔστ' ἀνάγκη· καὶ γεγόμφωται, σκάφος
στρέβλαισι ναυτικαῖσιν ὡς ἥρμοσμένον

VII. Aeschyl. Suppl. v. 531 sic in integrum restituo:

τὸ προστροπαίων ἐπιδὼν
παλαίφατον ἀμέτερον
γένος κτλ.

VIII. Aeschyl. Suppl. vss. 444 et 448 quos obelo fixit Dindorfius servandos esse duxerim et v. 448 sic reconcinnaverim:

ἀρκῶν τὰ θυμοῦ κάρτα κινητήρια.

THESES